BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
69
2 B
23
4. 3. F. 8

Coryciana, sive Varia
Carmina in laudem Jani
Corycii collecta a Blosio
Palladio

Sirleti Riccij.

CORYCIANA.

L. 3. F. 8.

Cautum eſt, Clementis . vij . Pont . Opt . Max . Priuilegio, Ne quis hoc opus ad Decennium imprimere audeat. Qui contra fecerit grauiſſimas incurret pœnas, quę continentur Principis Diplomate.

BLOSSIVS PALLADIVS RO.
IANO CORYCIO LVCVMBVRGEN
A' LIBELLIS IVST. V. C
S. P. D

c ORYCIVM SENEM tibi quadantenus cognominem, Iane Coryci P. Vergilius (vt ſcis) multis verſibus col= laudat, facitq; eum ad Galeſum flumen, ſub altis Ta= renti turribus, hortorum cultui hærentem, vitamq; fe= licem atq; otioſam ruri degentem. Itaq; hac vna hor= tenſi induſtria meruit vetulus cilix diuinis carmini= bus interſeri, et vita longæuus, longæuior fieri carmi= ne, quod illi pro æterno monumento á pöeta omnium maximo ſtatutum eſt. Atq; ille quidem hoc ſummi pöetę munere æternus iam eſt, ſuaſq; arbores et plantas viuacitate vincit, pariq; perennitate huius memoria cum pöetę gloria protenditur, tantum illi felicitatis attulit. P. Vergilium in eius hortos incidiſſe. Quid autem te Iane Coryci dicam, huius ſenis co= gnominem, annis æquæuum, ab hortorum cultu non ab= horrentem? Quem omnes noſtri temporis vrbani po=

A ij

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Domus S. Pantaleonis PP.

etę uno ore concelebrant? Quid hoc? an fatū aliquod eſt, Corycios ſemper põetis populares. Corycium crocū atq; adeo aromata omnia, ad æternitatem olentes? Ni=ſi te etiam illo longe præſtantiorem, et ex Parnaſſo monte, ac Corycio ſpecu, Muſarum dono nobis datum crediderim, ac (si põetice magis eloqui licet) ab Cory=cijs genitum nymphis atq; educatum, Quod omnia huius æui ingenia in urbe excitaueris, et ad uirtutis laudisq; amorem miro ardore ſuccenderis. Nam tu cum ab hinc fermè decennio pro tua pietate aram cum ſacello in æde Diui Auguſtini, Chriſto Deo, matriq; et auię eius, Marię et Annę ſtatuiſſes, treisq; ſtatuas, ſuā cuiq;, é Lunenſi illas marmore erexiſſes, ad hęc picturā longe inclytam, et priſcę æmulam, addidiſſes, ſcalptoremq;, et pictorem q̃ eximios adhibuiſſes, prætereá ſacrificio quotidiano perpetuo, vaſa, veſtem, pecuniam legaſſes, Tum põetę urbani omnes, uelut œſtro perciti, tuamq; tum pietatem, tum operis ipsius excellentiā admirati, te certatim extulerunt, tuámq; animi magnitudinem, ſtatuarum nitorem, artificum præſtantiam, ſuis carmi=nibus texuerunt. Præclare illi quidem, et ut in diuinis rebus, propé diuinę. Qua ſanè in re neſcio an potius

vbertatem ingenioꝝ, copiámue ſententiarũ, an carmi=
num genera et varietates, laudandas putem, cũ in om=
nibus, quanq̃ inuentione, ſtylo, metro, diuerſis, vnus
tamen ac propé idem decor concentúsq; eniteat. Alius
elegis, alius heroicis, alius lyricis numeris, aut phalæcijs
agit, æque pulchre omnes. Adde rei ipſius ac materię
dignitatem, cum nõ vt priſci coacervatim, in licentioſis
Lampsaceni iocularibus, ſed in Dei ac diuorũ laudibus
canendis, ingenium exercuerint. Ergo vt in plurimis,
quoꝝ Pandectę ſunt, Iuriſconſultis, pręter rei ipſius
quam docent, vtilitatem, vnus propè ſtylus in tot diuer
ſiſſimis, tum ætate, tum patria, ingenijs elucet, Sic in
hoc vno libello, pręter ipsam rem, quę (vt non maius
dicam) diuina ẽ, et de Deo ac diuis contexta, etiã ſtyli
elegantia, etiã ingenioꝝ vbertas, etiã inuentionis car=
minumq; varietas, admiranda nobis eſt. Stupendum eſt
prætera, quoſdã in his penè pueros eſſe, Romanámq;
pubeculam tam præcox et frugiferum ingenium diuis
ſuis conſecraſſe. Felix igitur tu Coryci, nõ vt Taren=
tinus incola de ſuis hortis, ſed de tuis ſtatuis, de tua pie=
tate, de diuino cultu, de perpetuo ſacrificio, de tot pöe=
tis, de tot carminibus, de tua perenni gloria, manſuráq;

æternitate. Nam quanq̃ tuę laudes longe plures ac potius innumerę ſint, tamen ſic velim Coryci exiſtimes, tuam felicitatem hoc vno libello contineri. Etenim hę tibi ſtatuę, præterq̃ quod carminibus et monumentis tot pöetarum, perennitatem tibi contulerunt, etiam ſtatuam in cœlo ſtatuerunt, aut certe locum ac ſedem pepererunt, in quibus tu reſideas ſempiternus. Quod ſi. P. Vergilius in tua, aut tu in illius tempora incidiſſes, habuiſſet ille quidem quid de te, præter hortenſe ſtudium concineret, prædicaſſet in homine natione externo, Romanum ingenium, vrbanam dexteritatem, litteraria ſtudia, litteratorum comercia, feſtiuam vrbanitatem, extemporariam dicendi facultatem, antiquitatis et marmorum vetuſtorum amorem, tum vero rigidam in iuſtitia et ſupplicibus libellis, quibus iam ſub sex Pontificibus præſides, ſeueritatem, atq; etiam iſtam tuam caniciem, corpusq; teres et viuidum, iſtamq; tunicam tenuem atq; expeditam, in frugi homine, et ab omni ambitione ſemoto, cum nitens alioquì veſtiarium tibi ſit, prædicaſſet. An vero ille illum tuum ſolennem diem tacere potuiſſet, quo tu Annę Chriſti

Auię ſacrum, tanto cultu et honore, ad tuas primum ſtatuas ſtato ſacrificio, inde ad hortos, pingui et lauto epulo, atq adeo omnibus bonis, omnibus doctis, indicto, concelebras? Nam eò bonorum atq eruditorum virorum ea cohors coit, ac diem celebrat, vt in tuis hortis medias Athenas, emporiumq doctrinarum poſſis videri illo die includere, et muſas de Helicone et Parnaſſo deductas, in Tarpeium et Quirinalem tuis hortis imminentes, transferre. Vbi alius ad arbores citrias, alius ad hortenſes parietes, alius ad puteos, aut ſigna, quę illic plurima ſunt et ſpecioſa, omnia antiqui operis, et glorię plena, hac illac temere et varie, carmina affigunt. tuas ſtatuas, tuam pietatem, liberalitatemq eius diei, tam in Deos q̄ in homines tantam, vno ore concelebrant. Denięq nullum in orbe terrarum (auſim hoc dicere) concilium aut conuiuium eſt, illo tuo illius diei, nobilius atq illuſtrius, quum praeeuntibus mane ſacrificijs, et re diuina, poſt vergente veſpera, ſelecta doctiſſimorum turba, et quaſi flores litterarum, in hortos tuos coaceruantur: quos tu quidem pluris q̄ reges, plurisq q̄ Satrapas vniuerſos æſtimas et iure æſtimas. Neq enim philoſopho, immo ſapienti

tibi, plus animum purpurę ac mitrę, quàm carmina et metra peruadunt, neq; pluris eos facis, qui ſunt, ꝙ qui eſſe reges merentur. Poſſem ego iſtos hic inſerere, ac nomina pöetarum tui temporis, poſteritati indicare, niſi penè innumerabiles eſſent, ac bona eorum pars in libello ipſo carminum annotaretur. Quare te iterum atq; iterum felicem iure appellauerim, cum tu in tanta vbertate ingeniorum, quantam noſtra tulit ætas, non ſolum annumerari, ſed ab omnibus vnus celebrari merueris. Eant igitur iſti, qui laquearia aurea ſupini ſuſpiciunt in cameris, ſuasq; opes ſibi habent, aut auare occluſas, aut inutiliter profuſas, aut indignis erogatas, nec quicꝗ in pöetas et doctos viros largiuntur. Tu enim non vsq; adeò diues, ſed tamen ſatis animo diues, ac diuitiarum prudens partitor, nobili hac liberalitate, quam in perpetuum ſacrificium, et in ſolenne hoc epulum contuliſti, tum alia indeſinente et perpeti, quam in omnes aſſidue bonos per occaſionem exerces, factus es ſempiternus. Siquidem in diuos, qui ſupra homines, in homines, qui inter homines doctrina excellerent, oſtendiſti ſimul pietatem ac liberalitatē. Verum illi cum ſuis plurimis opibus, quibus vti ne-

ſciuerunt, interibunt, nomenq; vnà atq; opes in terra condent, tu pauciſſimis tuis diuitijs perbene vſus, bene ac ſempiterne vteris. Etenim in cœlo tibi æternitatem Diui, *in terris optimi homines, optimis monumentis, perennitatem rependent. Quo magis miratus aliquando ſum, te tam inglorium, atq; immortalitatis contemptorem fuiſſe, vt tuę glorię inuideres, carminaq; tot, tótq; ingenia ſupprimeres, et cum gloriam tam meruiſſes, meritam tam contemneres, aut certe negligeres.* Ecce *iam* Decennium *circumactum eſt, ex quo iſta conflata, emiſſa, diuiſáq; donata ſunt nec dum in lucem à te proferuntur. Inuidiſti tibi, immo etiam* Diuis, *immo et nobis omnibus, qui non ſumus tam philoſophi quàm tu, qui Gloriam amamus, qui famam non contemnimus.* Ergo *(dicam enim iam libere) tecum furem eſſe oportuit, atq; iſtum libellum, quem tu ſepultum atq; occultum volueras, ſubfurari tibi, atq; in lucem edere opus fuit, vt nobis omnibus aliquam afferret lucem.* Scio *non eſſe nos Vergilios, neq; tam nos aſſecutos his plurimis verſibus, q̃ illum illis pauciſſimis:* Sed *nec vllos alios præter* Vergilium *fuiſſe* Vergilios, *et te illi Corycio ante=*

ponendum (vt dixi) non dubito , neq; quia nos tibi Vergilij eſſe non poſſumus , Ideo tu nobis non eris Corycius . Viues , viues inq̄ nobiſcum, et hoc vno remedio mortem vincemus, vt mortui vita, per famam et gloriam viuamus. Quod ſi altera quoq; æternitatis via, quę armis et victorijs quæritur, in precio eſt, quinimmo precioſior quibusdam habetur, Ego iſtam mihi amabo, quę non hominem ferro necat, sed Stylo ſeruat, quę prodeſt ſcribendo, non obeſt rapiendo, quę innocentia, humanitate, pietate, non audacia, ira, vi, temeritate contendit, Ita vt longe mihi præoptem (si id aſſequi poſſim) poëtam me eſſe q̄ militem. Verum ad me redeo, quem furem fuiſſe fateor, ne tu eſſes inuidus, neu forte id nobis quod olim illi eueniret, Cui diuina opici roſerunt carmina mures. Librum itaq; iſtum, quem tu capsula occluſum tenebas, in tua cellula, ad leuam manum, ſopito nuper tibi ſubripui, et quaſi à Sileno dormiente Vergiliani pueri, ſic ego á Corycio ſene, æterna carmina clam extorſi, inuulgandáq; typis dedi. Dabis tu veniam, ac mecum redibis in gratiam, vt voles, neq; me ſic furem oderis, vt non recogites, te potius odio habendum

fuiſſe, vt inuidum. Deniq; alliges me vt vis ad tuam Tarpeiam rupem, me nunq̃ pœnitebit fuiſſe Prometheum, Qui vt ille de cœlo ignem, sic tibi ardentia et victura carmina, ad perennitatem noſtram, ſæculiq; voluptatem, ſubripuerim.

V A L E.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH
II KK LL MM.

Omnes Sunt Bini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

CORYCIANORVM LIB. I.
EPIGRAMMATA.

DE EDITIONE

MARIANGELI ACCVRSII PROTREPTICO'N AD CORYCIVM.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

c ORYCII VATES, SACRO
QVI NVMINA DIVVM
Carmine concelebrant, et grandi sidere certant
Corycium donare ſenem, propiore feruntur
Laude animi ad ſuperos, q̃ qui Phrygioſq; penates
Et profugum Aeneam felicibus intulit oris
Indigetem poſt fata Iouem. quiq; inſerit aſtris
Aeaciden, Ithacumq; viros, terriſq; videndos
Laudator ſuperos diuino lumine monſtrat.
Nam nec deiectos toties, vel nectare pulsos
Veridici vates ſimulant, aut turpe pudendę
Stigma notę, affectus varios, et crimen inurunt:
Nec quicq̃ in maius referunt, nec inania fingunt.
Attamen (vsq; adeo ſtudijs ſua tempora præſunt)
Hunc prohibet flammis pietas auguſta ſupremis:
Illum alij lacerum reparant, obelóq; perennem
Reddunt, pierijs ne deſint lumina Muſis.
At vos, heu, vates, durum queis contigit æuum,

I nfelix inclura premit, famamq; petitam
C orycius cõbibet, fructumq; intercipit vmbris.
Et pateris vir magne tuis complectier vlnis,
I ndocilis, tantumq; nefas, tantoq; labore
A rtifici cęlata manu, verum apta videri
Æ therijs ablapſa plagis, ſimulacra iacere?
D umq; times varij ſyncerus murmura vulgi,
C ongeſtos ſanctis certatim vatibus olim
D etrectas Coryci meritos formidine honores?
O bnixuſq; ſilenſq; moram trahis? aſpice quanta,
S i cædis ipſe animo, pereant monumenta virorum.
O lim vipereis deceptę obnoxia culpę
F raudibus, æterna ſub nocte antiqua propago
D um premitur, vindex vaſti regnator olympi
I nduit ora hominis, ſontiq; ſalutifer orbi
P oſſe mori voluit, vetitum Dijs, hinc noua ſenſim
G ens ſeruata Deo, populo prælata priori,
I n facinus male ſana ruit, ſanctumq; verendi
I uris iniqua modum temnit, crimenq; retrectat.
C ui metuens genitor, rurſum pietate ſecunda
D exter adeſt, et te nutantibus affore rebus

I mperat, Eia age, rumpe moras, cape iuſſa Tonantis
C ertior, inſtaura ſignis, et carmine firmo
R elligionis opus. tendat vox certa per omnes
T ot vatum terras, et inania tartara pulset.
I uſſa canunt. Rudia ecce mihi ſeſe ora reſoluunt.
V nde inſueta dei libamina prima prophanum
F as inferre ſacris? ſublimia murmura vatum
H aurire? et Clius lætam contingere famam?
I ngenium cuius nunq̄ Peneïa Laurus,
A ut edera vlla nouam prætexit ſedula frontem,
I mperat, his trepida ora, et dura ſilentia rumpam.
E cquis Corycio meritis, ac ſupplice dextra
S anctior? intactęq; melior quis munere mentis?
T empora cui comunt Nyſæi celsa Corymbi,
& qui longæuum facundo præterit ore
N eſtora, Mopsopij quod rorem fragrat Hymetti
& quem floriferis gramda dat harundine campis
E nna, rudimentis etiam præſignis, et ortu,
C orycium ſummo Cilicum ſe vertice tollit
A ntrum ingens, celebri qua currit in æquora fronte
T erra Asię, Dijs digna domus, Dijs credita ſedes.
N atura eximius ſemper pubentibus herbis

Cingitur ingreſſus, reſonant auiaria cantu,
Panditur et late campis Crocus, aurea cuius
Lingua triplex, vitrei dependent palmite fructus,
Fœta arbor pomis felicibus omnia complet,
Fons illimis aquis, tranquillo flumine lambit
Æternum gramen, curaſq;, ac pectora mulcet.
Numen habet, tectiſq; locis, et deinge luco
Æra agitata ſonum reddunt, Qualem edere terris
Æthiopum, Noctu Satyri Paneſq; feruntur.
Hoc antro omnipotens certo dedit ordine fati
Corycium prodire patrem, quem collibus altum
Axe ſub extremo, diuum domus, hoſpita Roma
Gentibus excoluit, iuſtus qui numina firmet
Terna tribus ſtatuis, terris documenta daturus
Eſſe Deum, trina eſt rerum cui iuncta poteſtas,
Atq; eadem ſeiuncta tribus, velut aurea ſolis
Luminaq;, æternumq; iubar, cum prouida cernit
Mens hominis, Quantum Rectoris numina præſtent
Metitur, mundiq; Deum, Dominumq; fatetur.
Nos igitur populus voti reus, Omine tanto
Fundamus penito de pectore vota preceſq;,
Magne Sator rerum felicia tempora dona.

Coryciũ, artificem, vates cœlo aſſere: Fauſtis
Sideribus latium vigeat, Romana propago,
Qua pure coleris, caſti referuntur honores,
Mole ſua victrix iterum rediuiua laboret.

Iani Vitalis Panhormitani.

Quiſquis viuere ſæculis
Poſt mortem Coryci magne ſequentibus
Eſt nixus, ſibi præmia
Præponit, melius cum ſibi temperat,
Cum virtus adamat decus
Plantis non trepidis, cum ſequitur bonos,
Cum multis colitur bonis,
Illum non Arabum ſilua procacium,
Medorumq; latet nemus,
Nouit conſilium præcipitis poli,
& nouit Iouis ordinem,
Aſtrorumq; vices irreparabiles.
Nam q; id Spiritus edocet,
Interpres ſuperum, lapſus ab incIyto
Lectorum agmine ſiderum.
Verum eſt, crede mihi, non facile omnibus
Clara acquirere nomina.

C

Nam nunc vritur ille inuidia arida
& de me male dictitat,
Nunc illum ſtimulis alter atrocibus
Affligit, modus omnibus
Idem penè ſe habet, ſed tamen eſt ſibi
Famę quiſq; memor ſuę.
Tu tantum Coryci viuere neſcius
Fama te procul eximis
Fortunę immemor altę, immemor omnium.
Non ſemper homini datur
(Quod Dijs) viuere, nam ſubdola vita fit,
Nunc illi, aut alij, aut tibi.
Quam, qui ſunt miſeri, dulcior, omnibus
Meta vna atteritur, ſed hic.
Ante illum, ante alium alter, varijs modis
Vnam conſequimur necem.
Te vates numeris innumeris canunt,
& nomen tibi ſeduli
Extendunt, tibi non omipotentia
Leges fata dabunt ſuas.
Fortunate Senex, ſed quid in abditis
Te condis tenebris piger?

Cum vatum prohibes viuere nomina,
Qui te concelebrant diu.
Aede æde o populis quam facias nihil
Mortis perfida ſpicula,
Vnà ne pereant mille opera ardua,
Vita ne careant modi, at
Mortem præcipuum eſt nomine vincere.

Franciſcus Sperulus

Num te Pierijs ædidit in iugis
Num germana parens? lac heliconię
Inſudere deę? nil tibi vt exteri eſt
Romanum Coryti decus
Te circumuolitant ſicut apes Thyma
Blando vere ſolent, ingenia, et lyrę,
Cultis hæc domus eſt vatibus aluear,
Hortuſq; ingenijs ſacer;
Non, certe, gelidus te Boreas tulit,
Aut certe Zephyrus nutrijt; altius
In pectus ſolidę fons Sapientię
Manauit nitidus tuum;
Felix, ſiue animi connumeras bona,
Seu cultum ingenui pectoris aſpicis,

F elix, ſi reputas parta bene horrea,
Et virtutis opes lucrum;
F elix ter, quater at, factus et amplius
V atum carminibus, nam pietas tua
D um poſcit lapidem numinibus dari,
A rs numen lapidi dedit
Oeſtro unde Auſonijs ingenijs dato,
C onſultum eſt, pietas vt tua, vt artifex,
V ſq; et viuat opus, Pierides enim
Et in longe abigunt minas,
E rgo quid latitant ſcripta perennia?
C ur non ora virum debita peruolant?
Q uid famam retines? orbis et vltimi
C ui plaudunt procul hinc lares.

Siluius Laurelius

I am luſtrum Coryti puto eſt, et vltra,
Q uod tu treis ſtatuas tuas dicaſti
S umptu diuite, nec minore cultu,
O rnarunt varie vndecunq; vates,
A t tu ceu tibi, vatibuſq; tantis
M aligne inuideas, tot atq; tanta
S inis carmina in angulis iacere

R eiectos quaſi ſupplices libellos.
A h factum male, factum ineleganter.
Q uod te per ſtatuas tuas rogamus
N e iam ne ſine tam diu neglecta
I ſta carmina in angulis iacere
R eiectos quaſi ſupplices libellos.

Lucius Gabriel Rubimontius.

Q uid ceſſas Coryti iam in lucem tot dare vatum
N omina? queis tantum tu modo nomen habes,
F orſitan expectas vti creſcant carmina, et illa
C um creſcunt, creſcat ſic tua fama magis,
E rras, nam poſſunt bene creſcere carmina, verum
M axima cum tua ſit, creſcere fama nequit.

Fauſtinus Buturinus Ueronen.
Ad Io. Corytium.

D uctas marmore Coryti figuras,
Q uas voto ſtatuiſti in æde ſacra,
C ulto carmine iam diu pöetę
L audarunt ſatis, et ſatis probarunt.
N os Te, vt verſiculos ſimul coactos

V num in faſciculum, precamur, ædas.
O quales modulos imaginamur,
P er ora, et ſtrepitus virum vagari,
Q ui te, qui meritum tui laboris
E xornent ſpacio perennis æui,
Q uare poſt habita occupatione
H os nunc, eia age quid moraris? æde.
H inc abſit mora, cauſa differendi
A bs te ſit procul, et procul quod obſtat,
I d ſemper dubium eſt, quod eſt futurum.
L abuntur volucres dies, et Anni,
N ec quę tranſilijt redibit hora,
E n quantum precij paratur inde
C armen poſteritas habebit vſq;:
Q uo tecum ſtatuę, pöema, et auctor,
T errarum celebrabitur per orbem.
H æc mens, his animus tibi ſit, vna
H æc cura, hoc ſtudium ſit, et voluntas:
N am quicquid reliqui eſt, relinquet olim
I llud Te Dominum. hoc ſemel receptum
N unq̃ deſeret, ęde, quid moraris?
I nunc eia age, Q uid moraris? æde.

Hierony. Ferrarius Serianus Ad Vates.

Si dolet extrema quiſq̃ ſe in parte locatum
Seq; dolet primo non poſitum eſſe loco
Protinus é medio caput, ipso aut accipe fine
Pagina principium Quælibet eſſe poteſt.

Iani Vitalis Panhormitani.

Quod lætum tibi, et omnibus poëtis,
Quod felix Coryci, optimum, atq; fauſtum
Cædat temporibuſq;, ſæculiſq;
Cunctis temporibuſq;, ſæculiſq;,
En foras venit en nouus libellus,
Libellus tuus ille delicatus,
Syncериſſimus omnium librorum.
En nullo minij tumet decore,
& nullo aureus eſt ſuperbus auro
Non gemmis liber vndecunq; comptus
Libros inter inambulat diſertos,
Verum multimoda eruditione
Verum floribus elegantiarum,
Fragrans relligione, et arte fragrans
Laudes excitat vndiq; eruditis

Doctiſq; ingenijs frequentiores
Hæc ſunt flumina larga veſtra vates
Hic Permeſſus, et hortuli elegantes
Muſarum, hic penitus boni pöetę
Imbuti ætherio calore ſiunt,
Hinc hinc eſt ſuror. optimis pöetis
Hinc Tyrſos ſibi comparant pöetę
Laudis, ingenij, eruditionis,
Hinc centum citharaſq; laureaſq;
Hinc eburnea plectra, plectra pulſant
Quo velis adamante ſirmiora.
O felix Coryti, o libelle felix
Felix Anna auia, et Parens puella,
Felix Chriſte puer, Deus Deorum,
Felix artiſicis labor diſerti,
Felices quoq; tot boni pöetę.
& felicia ſæcla noſtra, ſæcla,
Laudari quibus obtigit ſuperbe
Tot rebus ſimul, hinc, et hinc coactis
Unis numinibus trium Deorum.
I nunc crede fuiſſe ſæcla auorum
Natura, ingenio, arte doctiori,

N oſtris temporibus peritiora.
N imirum hic tuba maximi Maronis
I nflatur, lyra perſonat Horatij;
& centum numerantur hic Catulli,
& compti totidem meri Tibulli.
V t dicas merito reuixit ætas,
Æ tas priſtina, priſtini poëtæ
R euixere ſimul peritiores
A rtis ingenij; hic reuixit omnis
C andor, ſimplicitas vetuſtiorum,
& plectra et numeri diſertiores,
O qualem tibi gloriam, et Trophæum
Q uos faſces tibi Iane comparaſti,
N on vllis legionibus ſubactis,
N ullis vrbibus, hoſtibuſq; nullis
F ractis, et iuga ſub ſeuera miſſis,
S ed tantum pietate, ſanctitate,
T antum relligione, et æquitate,
T antum ſimplicitate, largitate,
F amam omnem ſuperas, et omne nomen
P ræclarum; omnia bella, magna, ſancta,
N on Germania te tulit Corÿti

I llis in regionibus niuoſis
I nter barbariem rigentiorem
V erum ſidera læta, læta cœli
T e te Regia miſit è repoſtis
H uc ad nos regionibus Deorum.
H inc nobis ſuperos videre donas
Q uales coram oculis Dei videbas
Q uales credere poſſumus vigere;
H æc hæc eſt pietas probata., et hæc eſt
P robata integritas viri probati
I foras liber, omnibus peritis
S yncæris, nitidis, decentibusq;
N on liber, ſed enim perenne numen
N on liber, ſed enim perenne Templum
T emplum purius omnium Deorum
A nnæq;, et Mariæ, Deiq; Ieſu
I foras liber, o liber Deorum
S yncærus, nitidus, decens, venuſtus
S implex, candidus, integer, diſertus,
P lenus relligione, plenus omni
D octarum decore elegantiarum
O quas Corycioq;, vatibusq;

Longas omnibus explicabis alas
Largas omnibus explicabis alas
Alas ingenijq;, nominiſq;
Facunda hac ſuperum eruditione
Atq; his floribus elegantiarum
I malas mala peſſimaſq; in horas
Hinc hinc inuidia inuida, et prophana
Sordens, dira, teterrima, arroganſq;
I procul, Sacer eſt liber Coryti
Probatiſſimus omnium librorum
Candidiſſimus omnium librorum
Atq; idem decus omnium librorum
Abi hinc peſſima peſſimas in horas
Cur hinc circumagitas, et hinc, et inde
Liuens peſtiferum excitas venenum
Abi hinc peſſima peſſimas in horas
Non vllis datur hic locus prophanis
Nam tantum hic habitant boni poëtę
Sacriq;, vnanimeſq;, candidiq;

Bloſſius Palladius Romanus

Ut poſſes olim Ieſu optime maxime naſci,
Anna parens facta eſt virginis, illa Dei.

Marcus Antonius Caſanoua

Pierij vates, laudem ſi opera iſta merentur,
Praxiteli noſtro carmina pauca date:
Non placet hoc; noſtri pietas laudanda Coryti eſt;
Qui dicat hæc; niſi vos forſan vterq; mouet;
Debetis ſaltem Dijs carmina; ni quoq; et iſtis
Illa datis, iam nos mollia ſaxa ſumus

Idem

Non alium Coryti mallent ſe noſtra dediſſe
Numina, non aliam ſe polyſſe manum.

Petrus Curſius

Dum petit ex vno ſuperos treis marmore duci
Corytius, Scalptor treis animat Superos
Nanq; ars quod nequijt; ſuperum fauor addidit arti;
Sic vno viuunt marmore tres Superi:

Idem

Alloquere, et caſtis precibus tria numina adora.
Audit opus; facient, ſi pia vota facis.

Hieronymus Angerianus

Quis dedit huic animam ſaxo? quis numina cœlo
Eripuit? terras et facit hæc colere,
Non manus artiſicis polit hoc opus, ipſa benigni
Coryty durum ſaxum animat pietas.

Ioannes Maria Cataneus

Tres Charites, Charis vna; vno tria numina ſaxo
Vnum numen; Amor trinus, et vnus Amor,
Ambiguum an ſculpti; certum eſt audire; precatus
Si caſto fueris pectore; vota feres.

Iacobus Sadoletus ad Corytium.

Doctum, et nobile te ſimul coëgit,
Has Iane ingenij locare formas
Illa eſt Nobilitas, quod vnus audes
Noſtro æuo veteres referre vultus
At quod laudis, et artis eſt probandę
Hos ſi lux oculis det vlla noſtris
Credam ore haud alio nitere Diuos,

Cæſar Saccus

Anna fuit genitrix Marię, Maria inclyta virgo
Ediderat Chriſtum grande puerperium,
Hunc lætę aſpiciunt, has lætis rurſus ocellis

Atq; renidenti prouocat ore puer.
Tales Corytius duci de marmore iuſſit
Sed mirę artificis ꝙ valuere manus
Humanos adeo didicit pręſtringere ſenſus
Vt quę ſunt Statuę corpora viua putes.

A delon

Diuine archetypos, hoſpes, miracula prolis
& natum, et matrem conſpicis, atq; auiam,
Myſtica naſcendi ſudit cunabula diuos
Ætherę mentis, quo ſtupet omne genus,
Sic Pario incluſit nunc hoc ſe marmore, votum
Corycij inſpirans, artificiſq; manum;
Qui humanę potuit naturę vincere vires,
Idem marmoribus, viuere poſſe, dedit.

A delon

Hinc Anna, hinc Maria eſt, puer hic eſt magnus Ieſus
Hæc Auia, hæc Mater, natus hic omnipotens,
Quam bene ridenti arridet puero vtraq; lęta
O' miram artificis dexteritate manum
Aſpice quid poſſit pietas, ſpirantia ſigna,

Corytius voto reddidit iſta ſuo
Hauſit enim illius mentem Deus, et dedit arti
Quod non humanę eſt, ſingeret artis, opus.

Adelon

Virgo parens, nec virgo parens, natuſq; nepoſq;
Idem qui cunctis eſt pater hic reſidet
Eſſe poteſt quicq̃ maius, te iudice, rerum?
Sunt hæc de cœlo myſtica miſſa tibi.

Philippus Beroaldus Iunior

Vobis Corycius maxima numina
Has ponit ſtatuas, non ſibi flagitans
Ampli arbitria regni,
Maiorem aut titulum ambiens,
Nam quę veſtra homini ſancta dedit manus
Sat lętum faciunt. Vos rogat vt diu
His quę poſſidet, vti
Et vita incolumi queat,
Audi ſacra cohors cœlitum, et accipe
Quas fert Corycius ſuppliciter preces
Si æuum puriter egit,
Et ſi vos coluit pie.

Vincentius Pimpinellus

Felix Corycius, felicia marmora, felix
Sculptor, materies vatibus atq; labor.
Certatim docti vos cantauere poëtę
Et quamuis laudent ſingula, plura vacant.

P. Antonius Cippius

Mirari Statuas Coryti non deſinit vnquam
Qui dextram artificis nouit, et inde tuam,
Nam ſua Praxitelem, Rhodios quoq; vincere tentat,
Et tua Romanum cum pietate decus.

Andreas Fuluius

Miratur Genitrix natum, arridetq; nepoti
Os auię, plaudens ſpectat vtranq; puer,
Quam bene tres vno ſpirantes marmore diuos
Artificis mirę diſpoſuere manus.
Author, marmor, opus, certant, me iudice marmor
Author, opus laudem promeruere parem.

Corradus de Graſſis

Aſpice trina ſub hoc niteant vt numina ſaxo
Virginis Anna parens, Virgo Deuſq; ſimul.
Dic age cur fari, cur hæc ſpectare videntur?
Artificis dedit hæc viuere docta manus.

Felix Corycius, felix quoq; numen, et ipſe
Sculptor, perpetuo quos pia tura manent.

Marcus Caballus

Fallor, an hoc ſacro latitant in marmore Diui?
An parius docta ſpirat ab arte lapis,
Viuit opus, neq; enim fallunt pia numina, cœlo
Eduxit Superos Corycij pietas.

Franciſcus Sperulus

Numina vel terris voluere in marmore cerni
Aut ne cernantur marmor in aſtra trahent.

Petraſancta

Corycius ſimulacra Deum de marmore iuſſit,
At Sanſouinus numina vera dedit,
Nec mirum eſt, quoniam formas rerumq;, deumq;
Natura in rebus ſedula diſpoſuit,
Ergo dum viuos tentat tria numina, vultus,
Detexit Sculptor non ſimulauit opus.

Cæſar Saccus

Anna parit Mariam, Maria de Virgine Chriſtus
Humano generi naſcitur auxilium,
Vnde ambę in puerum, contra puer inijcit ora?
Vnde hæc lætitiam viuida ſigna gerunt?

E

An manus artificis uicit, naturáq; ceſſit?
 An quia Corytij Dîj ſimulacra iuuant?
Non eſt marmoreum corpus, ſi tangere tentas
 Molleſcent digitis candida membra tuis.

Antonius Lælius.

Olim homines ab dijs mirere in marmora verſos
 In lapidem uertit numina Sanſouius.

Idem.

Numina Corytij pietas deduxit olympo
 Fecit Sanſouius non faciebat opus.

Idem

Dic Coryti effœtum quis nam reuocauit in orbem
 Numina? num rurſum cœli adaperta uia eſt?
Nam quę ſe dudum ſupera ad conuexa tulerunt,
 Vſurpanda tuis reddita ſunt oculis.
Aut habitat rurſus terras, hominemq; fatetur
 Aut Deus ipſe ſibi hanc ſtatuam ſtatuit.

Angelus Colotius.

Miramur gelida religatum rupe Prometheum
 Præbere æterno pectora Vulturió
Ille hominem finxit, Sed quæ tormenta meretur
 Qui Diuorum animas intulit huic lapidi?

Fabij Agathidij Vigilis Spoletini
ad Ianum Corycium
CRITICI
Vrbanius Carmen.

Cum pridem poſita nouus ſenecta
Infans creſceret annus, inter almi
Veris delicias, ſacroſq; honores,
Et mitis, Zephyros reſlaret aura,
Certabant calathis leues Napææ
Flores adgerere, atq; olente aceruo
Cunas ſpargere uagientis anni.
Certabant Dryades, uirente ſilua.
Necnon capripedum ſalax caterua,
Siluani, Satyriq; prurientes,
Quos attraxerat huc, odor Dearum,
Ludebant Thiaſis uagi, et choreis.
Et ſe blanda animantibus, Dione,
Satisq; inſinuarat, & canoro
Aueis gutture, Muſa ſuſcitabat,
Luſu lætitiaq;, Agri, uiæ, Amnes,
Siluæ, omnis regio, ſinuſq;, et altis
Pulſatum mare plauſibus, fremebant.

Hoc tu tempore, et hoc fauore cœli,
Exciſti Coryti bonos pöetas:
Tuum qui facerent perenne marmor.
At nunc, quando Hyperionis feri ęſtus
Excurunt ſata: Torridusq; Cancer
Aſſatus, valido crematur igni,
Inſtat ſirius: Arboresq;, et herbę, et
Vitę quot vegeta fruuntur aura,
Afflatum rabidi pauent Leonis:
Me notum male, peſſimum pöetam,
Inter raucisſonas vocas cicadas,
Inter veprinagas cies rubetas.
Scis quo tempore? Cum nouem ſorores,
Vatum mentibus vsq; deſtitutis,
Pyrenen remeant meridiatum.
Luciſq; et Specubus repoſtus Euan,
Infundente merum perenne Fauno,
Pro Thyrſo pateram manu cöercet.
Nec voce ex adytis reuulſus vlla,
Delphis, in penitiſſimo receſſu,
Pro lyra Clarius tenet Flabellum.
Diuorumq; fauore deſtituti,

S oluto velut, æſtibus cerebro,
N il præter manian habent poëtę.
H oc me tempore tu, negante cœlo,
R eclamante licentius Minerua:
I ane, ad officium vocas canendi.
V t circum reſonantibus Cicadis,
C um meſſore canam ſiticuloſo,
& ſim Democriti merus poëta.
B elle, quando ita ſorte comparatum eſt,
V t felicibus omnia examuſſim,
I n fauſtis, eadem ſiniſtra cedant.
Q uid mali poterant boni poëtę,
C um Pęan, Cypris, Euius, Camœnę,
N on vatum modo corda, ſed volucrum
V ernis flatibus ora concitabant?
T um me ad carmina Iane, tum citares,
C um verſus, oculis, et ore toto,
A tq; é naribus, et foratu ab omni,
D iuum numine, vatibus fluebant.
Q uid iam, quid potero, malus poëta,
C um Muſę redeunt meridiatum,
P ro Thyrſo pateram quatit Lyæus,

Phœbus pro cithara tenet flabellum ?
An me inter Bauios, et infaceti
Annales voluſi, librosq́ꝫ Mæui,
Vel ſi ſordidius poteſt quid eſſe,
Explodi cupis, et ciere coruos ?
At tu ſæpe iteras; Nihil pericli eſt.
Non eſt quod mihi blandiare: noui
Viros hoſce: criſiniq́ꝫ, et inſolenteis
Sannas; letiferosq́ꝫ in vrbe ronchos.
Qui poſtq̄ olfacient meas Camœnas:
Seu nugas (nihil eſt enim camœnę)
Concurrent: et ego inuenuſtus, horum
Tortis rictibus vsq́ꝫ ſauciabor.
Aſtutum repetis, nihil pericli eſt.
Certe noui ego me, et meum periclum.
Accurrent triuijs; et vrbe tota;
Turmatim, ſimul inuehentur: et mi
Naſis excidialibus, minutim;
Caua, et non caua, corporis laceſſent.
Arreptumq́ꝫ proboſcide, atq́ꝫ in aſtra
Excuſſum, excipient ſago pöetam;
& factum bene, ſibilis probabunt.

N um tibi iſta timoris, et pericli,
N il habere videntur? at faba iſtæc
I n me cuditur, at mihi uerendum eſt.
P ergis uero iterare, nil pericli eſt.
A tq; vrges, meritis tuis ſubactum,
Q uàm ſi threicia domes bipenni.
Q uod si tam miſere hoc cupis, rogasq;,
& ſi tantopere petis, premisq;,
G eratur tibi mos, meo periclo.
D ecretum, poſito procul timore,
Dum tibi do operam, nihil uereri
&, ſi me critici petant ſurentes,
S i naſo feriant grauedinoſo,
S i rictu lanient, Nihil uereri.
Q uin ut longe opulentius, mei in te
S umas indicium, patensq; amoris,
Q uàm sim, cerne, animoſus, et minantis
Fortunę immemor, ut tibi obſecundem.
D icam quod minime, puto, extimabis,
& mirabere, quo ſcias amicum
P ro te nil fugere vltimi pericli.
Si quotquot Critici per vrbis amplę

V erſantur ſpatia : vndiq; á platéis
Exciti : ab triuijs, ab Angiportis,
S ecretiſq; ſuburbijs, agriſq;,
C um ſupercilio grauedinoſo,
C um roncho, exitialibuſq; ſannis,
V eſanáq; coborte ſibilorum,
S eu quit peſtiferum magis quideſſe,
I n me conueniant : petantq; me vnum,
D um tibi do operam, nihil verebor.
S i naſos tulerint ſimul trabales :
& mi per caua corporis, quouſq;
S idant in penitiſſimis medullis,
N aſos inſinuauerint trabales :
D um tibi do operam : nihil verebor.
Q uod ſi Mulciberi ars, manuſ ue Brontę,
S it conflare potis tot vna naſos,
E x multis vti millibus ſit vnus,
Q ui mihi inſinuetur ad medullas :
D um tibi obſequar, haud pili æſtimabo.
Q uare iam vigile ab tuo (fatendum)
M alo vate ſed obſequente amico,
D eſpecta rabie feri Leonis,

Neglectis Criticis, ſurente turba,
Contempto quoq; Numinum receſſu,
Expecta, haud lepidum nitensúe carmen,
Quod turbæ placeat diſertiorum,
Sed quale eſſe poteſt neceſſitatis,
Cuſum incude rudi, tuóq; iuſſu,
Per uim, tempore non ſuo, explicatum.
Quod tamen tabula in tua repones,
Bonis forte pediſſequum põetis.
Si non arte, nec elegante cultu,
At certe officio, atq; amore dignum,
Tuum quo eluceat perenne marmor.

Camillus Porcius

Auguſtam dum forte locat Corycius aram,
Nuncupat et multa plurima uota prece,
Certatum eſt cœlo et numeris, par debita utriſq;
Gloria, nec laudis plusue minusue fuit,
Nempe pio artifici diuos dum è marmore ducit,
Illabiq; facit ſenſim animam lapidi,
Dij mentemq;, manusq;, et cœlum oculoſq; dederunt,
Atq; ideo hæc cœlo numina lapſa putes.
At vates Dijs orſa iuuantibus, ore Deorum

F

Neſcio quid maius intonuere homine,
Felix Corycius, neq; enim minus erigit aſtris
Ipſe ſibi hoc templo, q̃ ſuperis ſtatuas.

Petrus Bembus

Sancta quibus propriam poſuit Corycius aram
Numina, perpetuoſq; aræ ſacrauit honores,
Humani columen generis diuina puella
Ipſe ſibi legit ſummi quam rector olympi,
Et tu diuinæ genitrix auguſta puellæ
Felix ſorte tua, felix nata, atq; nepote,
Æthereiq; puer magnum patris incrementum,
Arte boni quos egregia cæloq; Sauini
Spectari, et Pario ſpirare in marmore fecit,
Hac uos pro pietate, illi pro munere tali
Reddite quæ poſco, mea ne ſint irrita uota.
Vt quos longa dies miſeris mortalibus olim
Adducat uarios ſenio ueniente labores,
Ægrum animum, et ſegnes effœto corpore ſenſus,
Inq; ſolum pronos vultus, nixiſq; bacillum
Poplitibus, tardoſq; gradus, tremebundaq; membra.
Tam crebras lachrymis cauſas, et dura ſuorum
Funera, et euerſos mutata ſorte penates,

Quęq; alia ex alys paſsim mala conſternatas
Implerunt terras cupidi poſt furta Promethei,
Horum ille immunis, totos centum expleat annos,
Auſpicio ueſtro ſuperi, ueſtróq; fauore,
Integer ut nunc eſt, nec longę damna ſenectę
Sentiat, et carus patrię, iucundus amicis,
Diues opum, Roma incolumi lætúq; fruatur.

Fabius Vigil

Iſte, vbi uiua micant Pueri locus, ora Tonantis,
& gaudet fœta virgine, Mater anus.
Humanis superos oculis dedit vſurpandos,
Quales ætherij ferme habet Aula Poli.
Porrò, Aliud, poſt fata, Nihil certe, eſſe beatum eſt,
Quàm diuum ſpecie, Numinibusq; frui.
Quę quoniam in terris præſtat miracula marmor,
Nil eſt cur sapiens optet, ut ante, mori.
Viuite felices igitur per longa Pöetę
Sæcula. Læti agitis viui, ut in Elyſijs.
Me (licet obtingat Pylij quoq; Neſtoris ætas)
Præreptum immiti forte perire querar.

Bloſſius Palladius

Vatibus an Coryti debes magis, an tibi vates

A lterutri alteruter debet, uterq; Deis.

Baptiſta Caſalius

H ærenti artifici quo numina redderet ore,
A rchetypum formę viſa dedere ſuę.
H inc q; pene puer ludit, q; mater adorat,
Q uod ſtupet in partu cruda ſenecta nouo
A rs pariter uerum, mentemq; imitata Coryti eſt.
N umen habent pietas, artificisq; manus.

Idem

I ncertum uiuat lapis, an ne in imagine ludat,
& ſiue hunc fari, ſiue tacere putes.
V iuit, et eludit pariter, dum uiuere reris.
E ſt lapis, utq; loqui marmora rere, tacent.

Idem

E licuiſſe Iouem fertur Numa carmine, diuos
C armine Corycius elicit, arte faber.

Idem

Corycius, vates, ars, Aram, carmina, Diuos,
D at, ludit, fingit, ſumptibus, ore, manu.

Sauoia

M ortales lepidi, et boni pöetę,
Q ui dulces cithara ſonos cietis,

Et tanto decoratis iſta uerſu ,
Sacra Numina , vos , Corytiumq́ ,
Qui tanto decorauit iſta ſumptu ,
Dij uos quæſo beent boni pöete
Et te culte opifex , et artis altę ,
Qui tanto decoraris iſta cultu ,
Dij uobis bona dent boni pöetę ,
Sculptoriq; bono , Corytioq; ,
Qui tanto decoraſtis iſta cultu .
Nam ſi ſint mihi linguę , et ora centum ,
Si uox ferrea , et hinc ſonem Maronem ,
Hinc alto Cicerone contumeſcam ,
Non laudem ſatis hos bonos pöetas ,
Sculptoremq; bonum Corytiumq; .
Viuant quæſo diu , Corytiusq; ,
Et Sculptor bonus , et boni Pöetę .

Idem

Corytius locat , Andreas facit , ornat Apollo ,
Tres treis condecorant ſumptibus , arte , lyra .

Fabius Vigil Spoletinus

Palladium cælo lapſum male luſa uetuſtas
Motare atq; haſtam credidit , atq; oculos .

Tu nobis tria ſigna, hominum Iane arte paraſti,
Quę motari, etiam verba referre putes.
Illud, et Iſi arcę, et cuſtodibus adſeruatum,
Tydidę patuit fraudibus, atq; Ithaci,
At tua diuino Coryti defenſa fauore,
Nullius poterunt ſigna patere dolis.
Adde, q; et vatum ſimulacris gloria parta eſt
Carmine, quam poſsit nulla abolere dies.
Quantum igitur tibi debemus, qui falsa priorum
Viciſti ueris numina Numinibus.

Fauonius Vergerius

Quo ſint cœleſtes vultu, quo munere diui
Lętentur, ſatis hoc marmor, et ara docet.

Idem

Quiſquis adis, ſacraſq; aras, ſanctumq; ſacellum
Et miris oculos paſcis imaginibus,
Expectare potes magni hinc reſponſa Tonantis,
Nam cur tam pulchro negligat ore loqui?

Idem

Marmora Phidiaco non conceſſura labori,
Artificis ſpectes ſi ingenium, atq; manus
Corycius, quo non pietate inſignior alter,

Et qui præcipue nil niſi ſacra colit,
Dedicat hæc, mentemq; ſimul, tibi ſancte Deorum,
Dignum præſidijs munus utrunq; tuis.

Ægidius Gallus ad Corytium

Inuentum eſt tibi, ſculptori eſt induſtria, cœlo
Gratia, uerum ambo hæc ſunt famulata tibi.

Idem

Sculptori niſi uera contuliſſet
Impreſſum Coryti fides amorem,
Gnatum, Matrem, Auiamq;, quo frequentant,
Sculptor non potuiſſet ipſe, uero
Gnatum, Matrem, Auiam hic referre vultu.

Idem

Spes, Amor, ipſa Fides, Auia eſt hic, Mater et infans,
Matris Amor, Gnati eſt Spes, Auiæq; Fides.
Fixa animo Coryti inuenies, quę hac ſede locantur,
Spem, fidem, amorem, Auiam, Matrem, etiam pue=
(rum.

P. Curſius

Vnus Corycius, tholo ſub vno
Tres tribus ſtatuas Deis dicauit,
Vno et marmore ſic poliuit vnus,
Vt ſpirare animas trium deorum

Cernas marmore mollius ſub uno.
Lapis Corycius, manuſq; certant,
Candore, et pietate, et arte cœli,
Ceu ſol irradiat lapis tuentes,
Viuos per Corytum Deos tuemur,
Saxa Sanſouij manu loquuntur,
Tam rara eſt pictas, color, manuſq;.
Certant hic etiam ſacri Pöetę,
Non cœlo, aut lapidis colore rari,
Certant ætherię calore mentis,
Certant muneribus perennis æui,
Vt quę marmora non perennis æui
Erant munera, longius per æuum,
Annorum et ſeriem omnium, per omnes
Terras, ora per omnium virorum,
Tres uiuos Superos locent uidendos,
Tres uiuos ſuperos dicent colendos.

Troianus ad Virginem

Zacharię aut iterum nata es de ſemine ſancto,
Aut ſemen ſanctum vincitur arte viri.

Adelon

Pulchra auia eſt, auiáq; Parens formoſior, at Tu

Pulchrior inſigni blandę parentę Puer.

Thamyras

Treis facies, totidem ſtatuas, tria ſigna recepit
Marmor, et incluſus Spiritus vnus ineſt,
Vt geminę arrident, puer ut blanditur utriſq;,
Ora etiam, accedas ſi prope, ſemper hiant;
Audiri haud dubitet, quiſquis precę caſtus adibit,
A cœlo elicuit numina Corycius.

Ad Corycij Columnam Odę Monocolos:

Bloſſius

Quę templi medium nixa tenes locum,
Sacroſancta Columna, hoſpitium Deum,
Vatum materies, artificum labor,
Spes certiſſima mortalibus, ac ſalus,
Lapſam te ſupero credere fas polo eſt,
Cuſamq; æthere in alto manibus Deum,
Non hic de latijs montibus erutam,
Aut cœlo effigiatam, aut hominum manu.
Nam cur ſint ſuperi expertia numinis
Saxa hæc, quę ſuperum dant tria numina,
Quę numen ſuperum vatibus ingerunt,
& caſtas hominum tam eliciunt preces?

Non ſunt crede Deum expertia numinis,
Quæ vates adigunt tam bene dicere,
Scalptorem faciunt tam bene ſcalpere,
Pictoremq; docent tam bene pingere,
Salue augusta Columna, hoſpitium Deum,
Vatum materies, artificum labor,
Spes certiſſima mortalibus, ac ſalus.
O ter fauſta Columna, hoſpitium poli,
Verorumq; Deum, non ueteris Iouis,
Aut priſcæ Cybeles, aut Cythereiæ
Aſt Annæ, aſt Mariæ, aſt ueri adytum Dei,
Tu q̃q̃ lapide es tota Tyburtio;
& tantum ſtatuis luna micat tuis,
Sic felicior es tu, atq; beatior,
Hoc cultu, his numeris, his ſuperis potens,
Quàm ſi uel Phrygium marmor, et Aphricum,
Mendaces veterum duxeris in Deos,
Sic felicior inquam, atq; beatior,
Quàm ſi mole Rhodos protumeat tua.
Eleumue Iouem, ſtructaue corinum;
& quodcunq; vetus fama tulit, feras,
Nam præter quod et heic ars, lapis, enitent,

Hæc vatum altiloquis dicta eluent ſonis.
Diuos illa malos, iſta bonos ferunt.
Illic materies, hic pietas nitet.
Hæc ſunt, hæc monumenta, ó ueteres bona,
Hæc ſunt optima opima, haud ea ſanguine
Veſtro, atq; hoſtium adepta, inq; feretrij
Templo appenſa Iouis, heic melior locus
Figendis ſpolijs, atq; tabellulis
Voti compotibus, totq; epigrammatis
Doctorum pia, quę concinuit Chelys.
Tu uero Coryti qui ingenia et, manus;
Vatumq;, artificumq; eliciuſti, et has
Tam claras ſtatuas munere das tuo,
Dij te perpetuo munere ſoſpitent.
Sic tu ut tu meritus, ſæcla perennia
Viuas incolumis. tum ſenio leui
Vincas Neſtora, quem et conſilio præis,
Sic caſtę hue hominum de te habeant preces.

Fabius Vigil Spolet. In eandem

Dum poſitis Abyla, et Calpe, Tirynthius, Oeten
Et Tarteſſiaco littore; lætus adit.
Oblata eſt oculis, Septem tranſuecta Triones,

Æternum Coryti celſa Columna decus,
Atq́, en, inquit, adhuc ſupereſt, quo meta laborum
Irrita, ſit'q; nouis ſama petenda malis.
Exhauſtis grauior, ſupereſt ærumna, columnis
Aſtra ſuper tendens, cedat ut iſta meis.
Cui trinum Coryti numen, ſuge, et acta ſurore
Onde iterum Oetæo uiſcera toſta rogo.
Vnus te noſtrum, Telis Ruit, Exuit Aris,
Idem alios cœli truſit ab arce Deos.
Quinam igitur tibi tres cedent, quorum unius armis
In Barathrum, cum Dijs, Tartaráq; ima ruis?

Io. Baptiſta Sanga Romanus

Felix conſilio Coricius pio
Felixq; ingenio, qui bona nouerit
Terris mox peritura,
In cœleſtia vertere,
Nam quas Cœlicolis effigies locat,
Nunq̃ tempus edax exitio dabit,
Diui nec patientur
Labi munera, quæ ijs dedit,
Felix, recto animo, quæ peperit bona,
Expendit melius, non auidas manus

H æredis cupientis
I mplens, ſed ſatagens ſui.
A t nos queis ſuperum larga dedit manus
T ot rerum cumulos, diſcite ſic opes
D iſpenſare, piamq;
M entem Coryty ſequi,
S eu vultis ſtatuas ponere, ſeu iuuat
A ras, exiguum ſiue ſacellulum.
N am Dijs, pectore puro,
Q uodcunq; obtuleris, placet.
Carolus Mazzeus
Iliacos Latio uexit qui claſſe penates
Aeneam cecinit Vergiliana Chelys
Qui uoto huc ſuperos vexit bona numina nobis,
C orycium vatum concinit omne ſophos.
N am maior pietas maiora hæc numina vexit.
I ure canant plures Corytium ergo fides.
Idem
Subſtulit Andreę virtus, ſub Iudice quicquid
I nter Praxitelem eſt, Phidiacamq; manum.
Ioannes Muzzarellus Mantuanus
Vel non ſunt ſuperi (ſi fas eſt credere) uel ſi

Sunt ſuperi, his certe ſunt ſimiles ſuperis.

Idem

Hic ſuperum duxit uiuos de marmore vultus,
Artificis ſaxum docta animare manus.
Aſt probitas Coryti, et mens recta, aſſuetáq; cœlo
Hos ueros fecit marmor habere Deos.

Ianus Vitalis Panhormitanus.

Quis neget ad priſcum Romam rediſſe nitorem?
Quandoquidem priſci cuncta nitoris habet,
En Phidiam, atq; Numam, et praeclaros ecce Marones,
Arte, animóq; pio. carminibusq; pijs,
Hi tribus his ſtatuis dant omnes uiuere ſenſus,
Treſq; vno includunt corpore treis animas,
Quinetiam ſi cuncta hoſpes mirere, loquuntur
Nam, quicquid vates tot, cecinere, canunt.

Iulianus Princiuallus Camers

Deſcendere polo tria numina marmor in vnum.
Haec ſtatio aetheria ſede probata magis,
Blanditur puero ſubridens molliter Anna.
Quis non blandiſono dicat hiare ſono?
E gremio ad Mariam reſupino flectitur ore
Chriſtus, et affectu ſuſpicit ora pio

Nonne vides Marię intento ſua gaudia vultu
  Dum ſpectat lętis pignora cara oculis?
Non hominum manibus, non ſunt hæc arte parata,
  Crede mihi uerum marmora numen habent.
Viuida iam celebris ſileant armenta Myronis,
  Lyſippi, Alcides, iam taceatur opus,
Praxitelis taceat Veneris miracula fama,
  Nec vaga Phidiacum nobile iactet ebur.
Laocoontis opus, felix et gloria cedat,
  Et Polycletea ſigna peracta manu.
Illis ampla fuit laus olim effingere corpus,
  Marmore in hoc animus fingitur, arte noua.

Io. Baptiſta Cataneus Imolen.

Aſpice Corycio uotum ſoluente triforme,
  Viuida cœlicolis ſigna dicata tribus,
O quàm virgineos referunt pia marmora vultus,
  Quàm ueros habitus nobile uincit opus:
Laocoontei artifices ſcalpſere figuras,
  Aut is, qui antiquę non minus artis habet.

P. Herſilius

Cum tulerit cœlo nullus tot numina cęlo,
  Quis neget Andreę numen habere manus?

Nicolaus Cruciger Patau.

Ars artem hic, ſeſe uicit natura, loquentem
Cum ſilicem effinxit Praxitelea manus.
Quin licet obſtupeas apices, et numina cœli
Prima ſub hoc ſaxo ſe uoluiſſe coli.
Nam puer hic hilari qui fronte receptat aniles
Blandicias auię, dulce parentis onus,
Eſt faber, et rerum dominus, faber ætheris, orci
Rex, homo matre ſatus virgine, patre Deus.
Crediderim hunc Coryti prece ſe exhibuiſſe uidendum
Sculptori, matris qualis alumnus erat
Sic nihil a vero diſtant pia numina, fictis
Tam uiuę tribus his gratia frontis ineſt.
Quàm bene germanę germen probitatis, in vſus
Diſpenſat ſanctos, quas cumulauit opes.

Hieronymus Laurelius

Solo uno inſculpſit Sculptor tria numina ſaxo.
Corytij pietas et facit, atq; animat.

Siluius Laurelius

Ipſa uel hæc ſe ſcire negent ſimulacra, probandus
Sculptor ne, an vates, Corytius ne magis.

Idem

Coryti mens, Sanſouini ars, carmina vatum,
Signa iſtaec adigunt uiuere, muta loqui.

Idem

Sculptoremq; datoremq; , et laudare poetas
Qui volet, addat humo puluerem, aquasq; mari.
Rurſus qui merita defraudet laude merentes
Auferat hic terris puluerem, aquasq; mari.

Idem

Praxiteles, noſtro ſi clarior arte fuiſſet,
Noſter. Praxitele maior erat numeris.
At quid Praxiteles iuris ſibi uendicet, heic iam
Arte ubi Praxiteles vincitur et numeris?

Io. Antonius Arcas

Quid ſi Deucalion lapides animauit? habemus
Qui lapides faciat uiuere, et eſſe Deos,
Dic quem? Sanſuinum. docuit ne hunc forſan Homerus?
Quid, ſuperum potius credo adiiſſe domos,
Iſq; illic Diuum formas furatus, et ipſam
Naturam, hoc ſecum fœdus ab axe tulit.
Scalpere nequa Deos poſthac manus audeat vllos.
Nanq; haec Sanſouio cura relicta fuit.

H

Franciſcus Sperulus

Corytij pietas, doctiq; induſtria fabri,
D um certant aram fecerit vtra ſuam,
N umina præueniunt, pulchrum ó certamen, Olympo
E licere in lapidem quod potuit ſuperos.

Idem

E x lapide humanæ quæ gloria ſurgeret arti?
H anc ni Corycij præriperet pietas?

Idem

L aus, ni tentaſſet ſuperos, non rarior arti,
N unc cœlum cælo uim tribuiſſe putant.

Idem

V num, et mortalem ſi non impune Prometheus,
Q ui tria nunc finxit numina tutus erit?

Idem

N i parium é cælo ſubierunt numina marmor,
E t pario cœlum marmore nunc ſubeant,

Idem

E ia agite huc reges cum munere rurſus Eoi.
(Marmora ni fallant) natus in urbe Deus.

Idem

P ectora dura fidem tandem hinc haurite, negatis?

Numinibus ſpirant marmora, iam'ne ſatis?

Capella

Viuida quę pario ſpirant in marmore ſigna,
Hæc tibi Corycius munera Chryſte dicat.
Quod precor, ut quorum effigies nunc viuus adorat
Poſt obitus videat numina vera ſuos.

Io. Benedictus Annius Viterb.

Spirans dum cupio uidere numen,
Plenum Religionis hinc, et inde,
Hoc ſaxum repeto elegans, politum,
Quo nil candidius, uenuſtiuſq;
Spectator uenias, ſtatim probabis.
O' q̃ eſt ſumptibus executus amplis,
Quicquid Corycius ſacro dicauit,
At Scalptor fuit ille tam peritus,
Quod nullo meruit perire ſæclo,
Nimirum ſupera uel arte uenit,
Hunc uel artificem dedit uetuſtas,
Per quem tres ſtatuas habes in vnum,
In quibus nihil eſt quod arte deſit,
Sunt uiuę, faciles, amore plenę,
Plenę religionis hinc et inde.

M. Ant. Piſaurius Venetus

Phœbeo multum clara eſt Rhodos alta Coloſſo.
Clarior his tamen eſt Roma Deum ſtatuis.

Idem

Quis dedit hæc ſimulacra? bonus Corycius, at quis
Finxit? Praxiteles, Quinam animant? Superi.

Alexander Alexandrinus Ro.

Deucalion humeris ueras in corpore formas
Duxit, et hæc docuit membra mouere Themis.
Sic ſcalptor treis has duxit de marmore formas
Corycij probitas ſaxa mouere iubet.
Clarior Andreas illo eſt, quia terq; quaterq;
Marmora uiua facit, fecit at ille ſemel.

Idem

Dogmata Pythagoræ ni ſint ludibria nobis,
Artificem Phidiæ credo habuiſſe animam.

Idem

Numina, tres ſuperos ornant, tria, Iuno, Minerua,
Cypria, diuitijs, carminibus, ſpecie.

Io. Antonius Arcas

Ingrederis qui templa, prius luſtralibus vndis
Spargere, dein genibus noſtra ſacella premas,

A tq; hic uoce pia ſupplex pia concipe uota,
 Quę uenient uotis uberiora tuis.
A dmoueas oculos, uotis promittere ſactis,
 N eſcio quam, cernes hoc tibi marmor opem.
Q uid miraris? ineſt numen, quod candida ſimplex,
 F irmáq; Corycij fecit ineſſe fides.
F ama quoq; artificem celebrat, nam (uera fatebor)
 Marmora non poſſum dicere, nolo Deos.
A ccipiunt redduntq; auras, ſi lumina figis,
 D ices, ſi digitos, liuida uena ſalit.
M ox animum admoueas, o mira ars, inuida menſq;,
 O cœlum artificis nobile, docta manus,
S it licet in puero facies puerilis, ab illa
 M anat maieſtas dia, ſeuera, grauis.
V ix matrem profert, penetrale fatebere cœli
 Q uærere, quo paſcet grandia corda cibo.
& licet exultet matriq; auiæq;, videbis
 D icere pro nobis ſe uoluiſſe mori.
I lliusq; manus uolucri colludit, in illa
 E ſt tamen ut credas ſceptra manere poli.
D eniq; ſpirantem ſi contemplabere totum,
 C hriſtus iam dices eſt Deus, eſt et homo.

Idem

Nulla manus cœlo felicius auſa uidetur
  Quam Polyclete tua,
Te duce nam potuit cælari ars arte, Canonique
  Artis in arte dari,
Artifices a quo didicere homineſque, hominumque
  Fingere pene animos
Si tamen huc uertes oculos, clamabis, ut iſtud
  Me ſuperauit opus,
Non hic arte noua cęlata ars arte uidetur
  Sed ſuperata magis,
Non hinc artifices, mortalia corpora, diſcunt
  Sed ſimulacra Deum.

Idem

Cecropia Phidias cęlauit in arce Mineruam
  Ægidaque inſcripſit nomine deinde ſuo.
Atque ita complicuit, ut ni prius omne periret,
  Illud opus poſſet nulla abolere manus,
Hæc tria Corycius poſuit ſimulacra, et in illis
  Inſertum nomen cernitur eſſe ſuum.
Non aliquis ſcripſit Phidias, ſed Apollo ſonoro
  Carmine, quod poterit nulla abolere dies.

Dumq; hæc uertentur ſimulacra in nil, morietur
Nomen Corytij, Corytijq; fides.

Hector Fliſcus

Ut Paris inſpexit tria numina, poſſet ut apte
Noſcere ſit qualis, quantáue forma Deum,
Sic treis artificem Diuos uidiſſe, et ab alto
Illorum Archetypos præripuiſſe puto.

Philippus Antonius

Quis parui faciem dic Iouis artifex
Scalpſit Palladij numinis alite,
Alunáq;, et Mariæ, Myſne rogo an Scopas
Uno tergeminos marmore protulit?
Elæus ſileat, nec Gnidius labor
Certet, Thuſca manus doctior, exprimit
Luſus non tacita numen imagine.
Miris cuncta modis lege nitent ſua.
Parcendum eſt oculis, affuit, affuit
Indulſitq; operi ſe Deus; hinc uias
Ignotas ſubiens, artificis manu
Manſueuit docilis uena ligustica.
Felix cui meritum longa laboribus,
Spondet fama decus, tu quoq; Corycí

Amplis macte opibus, quas pius in deos
Promis, te ſuperis hæc pietas tua
Olim reddet, bonos nunc manet, almáq;
Sublimi gradiens uertice gloria.

Æſchines Hiſpellas

Artificis mirer'ne manus, mirer'ne Coryti
Mentem, ſeu mirer marmora viua, magis?
Mirum eſt ſidereo elicuit q̄ numina cœlo
Quodq; iterum naſci cauſa ſit ille Deum,
Quodq; iterum pariat virgo, q̄q; Anna nepote
Gaudeat, et ſoſpes nata ſit, atq; nepos,
Miráq; mens Coryti eſt ſi candida marmora, ueros
(Suſpicienda fides) hæc facit eſſe Deos.
Mirum hoc, atq; illud, fas eſt miremur utrumq;.
Et mentem atq; manum Coryti et artificis.

Felix Hiſpellas

Dum uictura ſua componit marmora mente
Scalptor, eum dicunt conſuluiſſe Iouem.
Conſule Corytium reſpondit Iuppiter, inde
Effinges ueris numina imaginibus
Conſuluit Sculptor, duriſſima marmora mollit
Effingitq; ſua numina uiua manu.

Ergo Iouis monitu uiuent hæc ſaxa, Coryti
Conſilio, ingenioq́, atq; manu artificis.

Fauſtus Capiferreus Ro.

Virgine qui genitus, qui tot miranda peregit
Quodq; reſurrexit creditur eſſe Deus
Hoc mirum magis eſt ſaxi ſub imagine uiuit,
Vnde, lapis iuſtas audiet iſte, preces.
Præſentes qui habes ſuperos mea Roma uideiq;
Sanſouio debes, Coryciòq; ſeni.

Idem

Annus Corycius, Chriſto, Mariæq; ſacellum
Dedicat, et ſumptu ſtant ſtatuę, ara ſuo
His quoq; numinibus Sanſoui uerba dediſſes
Exaudire uolunt non tua ſigna loqui.

Io. Bap. Lutius Ro.

Ante homines Deus effinxit; nunc iure repoſcit
Vt ſe homines fingant, dat Coryti pietas.

Fabius Vigil

Hic quaſi Idumęa genitus modo Matre, Deum Rex,
Monſtrat, et Auguſto Principe geſta, lapis.
Nec mirum, Si tantorum quoq; copia uatum eſt,
Quanta per illius Regna beata fuit.

Omnia qui Aonidum ſic exuxere fluenta,
Milite ſub Medo Potus vt ante Melas.
Nec Lymphę Reliqua eſt in Nubifero Parnaſſo,
Quę poſſit rabidam Gutta leuare ſitim. (potes,
Veſtra (Piget Miſeri, piget) hæc ſunt Damna Ne=
Cirrha Quibus Rapta eſt, Caſtaliuſq; Latex.
Quid facias? Ipſe his vndis defectus Apollo,
Cogitur ab Nyſę ſumere Rupe merum.

Io. Iacobus Cipellus Cremonen.

Laudes dicere marmoris beati
Et doctam artificis manum venuſti
Quę viuos potuit referre vultus
Non vnus Coryti ſat eſt pöeta
Gratę munera liberalitatis,
Et veſtes ſimul, annuiſq; ſacris
Grandem quam dederis probare dotem,
Non alter Coryti ſatis pöeta.
Si dici puerum Deumq; verum
Natum Virgine, Virgineniq; natam
Ex Anna ſterili, ſed, et parente
Vis; non eſt alius ſatis pöeta.
Quod ſi cuncta ſimul laboret vnus

Haec vates celebrare, ſit ter vnus
Hermes, ille opus eſt, et ipſe trinus.

Idem

Das dotem, et ſtatuas, qui viuus tempore viues
Perpetuo, nequeunt haec monumenta mori.
Haec igitur Coryti cum ſint notiſſima, notum
Non eſt, plus dicam te dare an accipere?

P. Paulus Thebaldus Ro.

Nulla olim fuerat formatus imagine Diuum,
Sed rudis, et nulla cultus ab arte lapis
Nunc Coryti pietas Superos tres finxit in illo,
Hinc colitur qui nunc cultus et arte fuit.
Ars ſimul et pietas laudem meruere, ꝙ iſta
Iuſſerit, ars quoniam tam bene ſcalpsit opus.
Haec quid iuncta ſimul poſſint, hinc aſpice, cultus
Si lapis hic colitur, efficiturq; Deus.

Stephanus Iuliarius

Hic vbi miratur populus tria ſigna, videbis
Eſſe opus aeternum munera digna Deis,
Tu licet exclames coeleſtia munera mentem,
Almus in his etiam ſpiritus intus alit.
Exclames etiam, nunc victa eſt fama peracti

Temporis, hic uetus ars uincitur arte noua.

Io. Andreas Saurius Amerinus

Quis neget hæc hominum fallentia marmora uiſus
Viuere, et audita reddere uota prece?

Curtius Phrygepanis

Quid nam laude magis uiuenti in marmore dignum eſt?
Anna ne? ſeu Virgo? ſeu magis ipſe puer?
Anna ſenile decus præfert, Maria alma iuuentę,
& Deus hic puer eſt, re Deus, ore puer,
Ipſe parente ſua maior, minor Anna parente eſt,
Quem'ue ſuum Cœlum non capit, Anna fouet,
Quænam hæc lætitia eſt, ꝙ tam utraq; femina geſtit?
Illa auiam, hæc matrem ſe uidet eſſe Dei.

Seuerus Monachus

O tali nimium beata prole,
O tanto nimium nepote, felix
Anna, et ne cumulo beatitatis
Quid deſit, lapide hoc beata et arte,
Fictoris ueterum decus nouantis
Felix Corycius pius dicator
Quem tot concelebrant boni poëtę.

Cæcius

Hæc quicunq; uides ſpirantia numina adora,
Quamuis Corycius marmore iuſſit agi,
Docta manus finxit quos uiuere certa ſecuta eſt
Vis Diuum populi, Coritijq; fide,
Pygmalionis ebur ſi turpis fabula iactat,
Quæ laus his digna eſt quę meruere coli?

M. Antonius Caſanoua

Hærent parietibus picta aut cælata Coryti hæc
Numina, syncero at pectore uera foues,
Subtrahere illa poteſt non una iniuria, at iſta
Non animo poterit mors rapere ipſa tuo.

Idem

Solus, Alexander, non te pinxiſſet Apelles
Hanc ſi uidiſſent ſecula priſca manum,
Aut ſi forte ambos nos tempora priſca tuliſſent
Ille ſuum furem pingeret, iſte Deos.

Idem

Vos ſuperi cælo hic ſimulauit, at ille colore,
At Coryti pietas uera nihil ſimulat.

Idem

Si uiuis, nec nos deluſit dextera Apellis

Quid ſentis vates de Superis? loquere.

Adelon

Vera polo vt faueant Pario hæc de marmore ficta

Numina, Corycius præbuit iſta pius.

M. Ant. Caſanoua in detractorem.

Improbat ille proba, hic probat improba; uis ne probari (hæc?

Ne probet hic, et vt hæc improbet ille roga.

Idem.

Picturam hanc ſtatuasqꝫ loqui iam credimus; illæ

Nunquam vixerunt, et potuere loqui.

Idem.

Qui putet vt ſtupido à vate hæc plus poſſit imago

Quam Coryti a Muſis omnibus accipere,

Nam ſpectanti ambos ille eſſe videtur imago;

At non picta iſta à Zeuxide ſed genita.

Idem.

Corycio artifices debetis ſic vbi vatum

Mæonio veſtras excolit ore manus,

Hic quę non veſtra ars poterat defendere ab æuo

Perpetua ingenij tam bene fulſit ope.

Io. Baptiſta Sanga

Cum tam vera Deum ſint hæc ſimulacra, putandum eſt

Vidiſſe in cœlis numina Sanſouium.

Idem

Mirere ex ſaxis hominum genus eſſe renatum.
Ex ſaxis fecit Sanſouius Superos.

Idem

In Sipylo Nioben dubitet quis flere? Deorum
Rident ora trium Sanſouij ingenio.

Io. Franciſcus Anyſius.

Eſſe ſubiratus Cipelle videris, amici
Quod non laudarim picta ſacella tui;
Expauit fateor tantos mea muſa poetas
Corycij ædiculam carmine qui celebrant.
Adde quod inſignem picturam, et marmora nollem
Noſtro iſto exiguo deterere ingenio
Et tacitum hoc laus eſt: laudet non omnia vulgus
Sæpe latent pulchra, et ſunt pretioſa magis
Quam bene celauit pictor mœſta ora parentis
Hoſtia cum ducta eſt Iphigenia Deæ.

Scipio Carteromachus

Nate Deo, qualis magno cum patre perennis
Cœlum habitas, nec mens te capere vlla poteſt,
Sed qualis triſtes voluiſti inuiſere terras

T alem te poſuit mar more Corycius
A ddidit et Matrem, atq; Auiam, quia nomina in orbe
N ulla tibi puero bis cara fuere magis.
A t tu ſiue animum ſpectas, ſeu reſpicis artem
N on potes hinc certe numine abeſſe tuo.

Macerata.

A rtificem ſtatuę, ſtatuas, Corytumq; poëtę
Extollunt, titulus queis modo maior erit.
N on poſſum hoc Coryti, ſed tantum hoc dicere poſſum,
L aurum omnes cauſa promeruere tua.
S ed quoniam effectu cauſa eſt pręſtantior omni
F orſan ob hoc Coryti dignior eſſe potes.

F. Sperulus

G ratia non uere tam grata reciprocat uſquam.
H inc audax Momi longius ala fuge,
D ic age ſpectator non mutua cuncta? labore
C larior an pietas, an pietate labor?
A n ne minus vates opere hoc ꝙ̄ vatibus ipſum
V iuet opus? Corytus debitor, an ne faber?
A rs fabri, lapidem Coryti ſpirare; camœnis
S ors Coryti artificis uiuere iuſſit opus.

M. Hieronymus Uida

Heus, qui non bene cognita ſtupes re',
Tam pulchras ſtatuas, et elegantes
Miratus, pietas eas ſacrauit
Docti Corycij, atq; liberalis,
Poſthac (si ſapis) obſtupere noli,
Nam quando artifice has manu expolibat
Sculptor nobilis in loco remoto,
Se ſe illi penitus pię parentes
Atq; Infans, Herebi futurus horror,
Oſtendere globo ſimul ſub vno.
Sic nos, ſic faber inquiunt, referto.
Qui formas animo altius recondens,
Diuina hoc animauit arte ſaxum,
Ipse hoc ſe negat artifex negare',
Cerne vt blandulus in ſinu parentis
Alludat puer, et decens puella
Dulci cum grauitate blandiatur.
Vt Iucunda Anus, vt ſerenet ora,
Laetabunda ſeneƈta geſtiendo.
Quid pro iſta, rogo, liberalitate',
Et rara pietate comprecentur

K

Coryci tibi Romuli Nepotes ?
Qui cœli Superos ab arce ducis.
Ipsi dent ſuperi bonam ſenectam,
Et longam, atq; minus laborioſam, et
Quicquid eſt abigant periculorum.
Mox componere leniter grauatos
Leto, dent placido ſopore ocellos,
Admittantq; animam choris piorum
Sanctam, ne timeat feri triſaucem
Latratum canis, aut lacus ſeueros,
Ipſi aſtent tumulo Remi nepotes,
Atq; optent cineri tuo quietem.
Dent caſtę teneras roſas puellę,
Et Spicam manibus pijs Ciliſſam,
Et rorem Idalium, Syroſq; odores,
Addant lachrymulam vdulo ex ocello,
Ac ſuſpiria molliter trahentes,
Et ſecum bona verba murmurantes,
Dicant ſæpius, vſq;, et vſq;, et vſq;,
Cultor Corycius fiat Deorum,
Atq; vltro lachrymas Simonideas
Ad buſtum repetant pij poëtę,

Quales nunc habet vrbs potens Quirini,
Docti ſcilicet, et bene eruditi
Vrbis deliciæq;, floſculiq;,
Qui te dum meritum euehunt ad aſtra,
Videntur mihi maximi Marones.

Paulus Iouius

An viuunt Coryti Pario ſub marmore Diui?
Naturę an potius hoc rear artis opus?
Artis opus, veras natura expromere formas
Si bene vult, poſthac diſcat ab arte opus eſt.

Caluus Minacianus

De tribus incertum eſt, quid maius marmore in iſto.
Certabunt æternum ingenium, ars, pietas.

Antonius Amiterninus

Corycio auctore Andreas faciebat, vt vno
Mollius in lapide hoc numina terna daret,
Dumq; animat ſaxum manus hæc, Annamq; perennat,
& Mariam, atq; Deum marmore diua animat
Anna perennauit cælo ſeſe ipſa, ſuoſq;.
At manus hæc cælo ſe, lapidemq; ſuo.

Bloſſius Palladius

Dat Statuas, aram, et picturę munus, eodem
Munere Corycius, Dijs tria dona tribus,
Verum inter Statuas, aramq́ꝫ, et nobile pictum,
Longe plus placet his Corycij pietas:
Quare hi permoti hac pietate, et muneribus dij,
Impulerunt vatem in carmina, quę et dederunt,
Continuo vates dignas Dijs, munere, dignas
Corycio, et Superis, treis dederunt tabulas.
Sic factum, et merito, pietas ne, et dona perirent,
Tam bene vt hic dederat, tam bene et iſta cani.

Idem

Dum Sculptor decus ad ſe, pictor item rapit ad ſe,
Pacauit victos Corycij pietas.

Donatus Polius

Quid tantum admirare hoſpes ſpirantia ſigna;
Signa Deum? maius queis nihil axis habet.
Hos ita Corycij delectat ſedula cura,
Ac pia, vt huic ſaxo penè animam indiderint:
Certatim et norant poſituros carmina vates,
Verſibus augentes omnia more ſuo.

I nde manum artificis rexerunt maxima cœli
N umina, quo lapidis gloria vera foret.

Io. Baptiſta Cataneus

Iam Rhamnunta, Gnidumq; ſile, inuidioſa vetuſtas
& loca quæ ſtatuis nobiliora canis,
N am pia Corycius ſimulachra dicauit in æde
S culpta per Andrean, æmula Phidiacis.
A nna anus vt riſu paruo ſtat blanda nepoti,
V t gremio, vtq; vlnis hunc fouet alma Parens.
S i lapide ex vno in plures deducta figuras
M armora ſunt laudi, qui ſapis, hæc celebra.

Idem

E n Auiæ, et Matris, Puerique Tonantis imago,
V t bene tergemino ſpirat in ore lapis
Andreæ, hic operam, quicquid mirare, referto
I ngenio acceptam, Cætera Corycio.
A tq; opus vt rarum eſt, et commendabile donum,
I llum arte, hunc vera de pietate proba.

Chriſtophorus Suchtenius

Nuper in hoc quidam templo dum conſpicit aram
& triplici clarum numine marmor, ait
Quis modo neglectis ſquallere altaria ſacris

D ixerit, et nullos eſſe in honore Deos?
D um veteres laudamus auos, et noſtra putamus
T empora ab antiqua longe aliena fide
F allimur, eſt et adhuc cui ſunt ſua numina curę
Q uiq; prǽit priſcos relligione viros.
S ed ne longa vtar verborum ambage, per vnum
Corycium Superis ſtat reparatus honor.

Idem

M iratus Corydon treis vno in marmore vultus,
& dubitamus, ait, ciuibus eſſe Deos,
R uſtica mens ſiquid veri denunciat, extra
C inyphios hircos, Oleniasq; capras
V iuere qui iuſſit ſaxo tria numina in vno,
N e valeam ſi non hic quoq; numen habet.
Q uisquis is eſt, lapsos, qui dijs inſtaurat honores,
A ut eſt, aut paruo tempore diuus erit.

Idem

I am ſileat priſcis laudata parentibus ætas
& Polycletea marmora ſculpta manu,
I rrita Phidiaci iam ceſſet gloria cæli
L aude vacet veteri Praxitelea Venus,
T eq; Tarentini pudeat Lyſippe Coloſſi

Parua minor iactet nec monumenta Scopas
Quin et Olympiaco ſua qui dedit ora Tonanti,
Supprimat antiqui grande laboris opus.
Omnis Sanſouio cedit manus, omnis in vnum
Laus, et inaceſſę confluit artis honor.

Idem

Addita cum fuerat Pario manus vltima ſaxo
Miratus formam marmoris auctor, ait,
Pygmalioneę vitam dedit alma puellę
Cypris, Sic Paphij ſunt rata vota viri,
Cur et in hac viuos non exprimo imagine vultus?
Si negat ars, diuum munere viuat opus,
Cui Dea quę peperit Matrem Omnipotentis alumnj,
Inquit, quod vana voce precaris habes,
Ars tua treis cælo lapidem deduxit in vnum,
Marmore in hoc fateor numina noſtra latent,
Sed nulli loquimur, ſunt crimina cauſa, meretur
Corycius dextros ſolus habere Deos.

Bloſſius Palladius

Quid primum? Statuas, pictum ne? an mirer vtrumque?
Æque opus, æque ambo miror, et obſtupeo.

A t rurſus quem ne? an Corytum loquar? an ne pöetas
M uneris auctorem hunc, hos celebres numeris?
H æreo, quid primum, hoc ne, an ne hoc, verum om=
Debemus Coryto qui dedit ambigere. (nibus ex his

Io. Franciſcus Philomuſus

Corycij pietas cælo dignata ſereno
Q uale repræſentat vidit ibi archetypon,
Expreſſit manus Andreę, quę reddere terris
Q uanta micant cælo numina, ſola poteſt.

Idem

A nna parens magnę hic Matris, virgoq; ſupremi
M agna Parens Patris; natus et Omnipotens,
A ndreas artem, nos carmina, contulit æra
C orycius, trinum quis magę numen amat?

Io. Maria Cataneus

Q uam bene cum terras rurſum peragraret Ieſus
H oc Auguſtini maluit eſſe Tholo
N am qui ſe melius noſſet cum non foret alter
H oſpitio potuit non meliore frui.

Bloſſius Palladius (minem hęc mens

Vt ſculptum et pictum hoc ſupra artem, vt ſupra ho=
S ic opus hoc mentem hanc, dona ſuprema manent.

M. Ant. Caſanoua.

Artificum mentes dextrę expreſſere fideles,
Omnis conceptus, queis decor eſt Superum,
Vlla nequit tantum mens vel manus? et manus et mens
Non poterat tantum, ſed voluere Dei.

Idem

Zeuxim, Templa, Deum, accendit, compsit, reuoca=
Muſa, manus, pietas, ore, colore, prece. (uit

F. Anyſius

Nata, soror, coniunx, eadem genitrixq; Tonantis
Sum Maria, inſigne eſt ſed mihi virginitas,
Coryci ſtudio poſſum ſi ita pulchra videri,
Qualem me in gremio creditis eſſe patris?

Adelon

Virginis vniparę, fortunatiſſima matrum,
Anna parens, voluit cui Deus eſſe nepos.
Tuq; tui Genitrix, ſtupet hoc natura, Parentis,
Absq; viro coniunx, et ſine fratre ſoror.
Tuq; puer reſidens genibus qui matris, Olympi
Et quæuo imperium cum genitore tenes.
Vos ego ſub gelidi tria numina marmoris vmbra
Dum colo, mente ſuper ſidera totus agor.

L

Fictaq́ diuinis redigens ſimulacra figuris,
Quàm veris ſcalptas præfero imaginibus.

M. Angelus Ruſpinus

Qualis erat pueri Chriſti, matriſq́, auiæq́
Gratia, forma, habitus, talia marmor habet.

Idem

Corycium commendat opus, lapis, ars, et imago,
Vatum doctorum carmen et ara nitens.
Debetur merito Coryti tibi fama perennis
Curę cui tantę relligionis Amor.

Gaſpar Vrſinus Germanus

Vatibus ingenium meritum dijs auget honorem
Et ſua Coryciis tempora clara facit.
Grandius ora ſonant vatum, crebreſcereq́ Diuis
Sacra vides, priſcas vicimus arteq́ manus.
Qui ſibi deuinxit vates et tempora tantum,
Duxit, et in terram numina, numen habet.

Idem

Nemo iam lacerum ſcribat in Herculem
Informiſq́ Dei nemo oneret caput
Multo carmine, nemo

Detritam ſtatuam ambiat,
Vobis Corycius, candida pectora
Vatum nunc ſtatuas hic poſuit nouas
Quales Dedala ſcalpsit
Scite Sanſouij manus.
Tanto nunc igitur grandius intonet
Carmen Corycio quilibet auſpice,
Quantum hæc numina Diuum
Vicerunt meritis vagum.

Idem

Dicere cum vellem pia carmine facta, ſedebam
Iane diu ſtatuas anxius ante tuas
Hærebam obtutu, cecidit vox, membra rigebant.
Crede mihi in ſtatuam penè ego verſus eram.

Idem

Sanſouius facta dubitauit imagine nunquid
Si poſſet vocis fingeret ipſe viam
Noluit hic, vt ne venturum crederet æuum,
Naturæ mirum hoc eſſe, ſed artis opus.

Idem

Paſtores nuper vidi Romana petentes
Mœnia, palantes deſeruiſſe greges.

Mirabar quę cauſa vię, cupiduſq; ſequebar
  Noſcere quo ferret ruſtica turba pedem.
Ecce fuit magnus ſacram concurſus ad ædem,
  Ara vbi treis monſtrat Coryciana Deos,
Opperior quid agant, manibus, res mira, ſupinis
  Dixit, et vnanimi talia quiſq; ſono,
Fallimur? an redyt noſtris maioribus olim
  Viſus Idumæa natus in vrbe puer?
Quid dubitamus adhuc, auiam cum matre videmus
  Et præſens veri numen, et ora Dei.
Tum ſtupidi inſpecto dixerunt marmore cuncti,
  Salue Rex hominum nate, Deumq; Sator.
Credibile eſt verbis hic arriſiſſe Tonantem,
  Simplicitaſq; animi iuſta probata Deo eſt.

Idem

Momos vbi hoc acri conſpexit lumine marmor
  Perfectumq; omni parte tuetur opus.
Neſcius ille dęę, in Mariam deflexit, et alma
  Conſpiciens maius Cypride numen, ait.
O quæcunq; Dea es, tua nec veſtigia carpam,
  Omnia, vel Momo iudice ſumma tenes.

Idem

Quis celebrata Gnido neſcis ſimulacra? merentur
 & Venus, et laudem Praxitelea manus,
Sed quantum hæc caſto Venerem Dea numine vicit,
 & quantum puerum Cypridos, iſte puer;
Illius tantum ſtatuas hæc marmora vincunt.
 Nam quo plura valent numina, plura fauent.

Idem

Diuinę ó Statuę, diuinum hoc numine marmor,
 Vosq́ꝫ pij vates, Coryciusq́ꝫ pius,
Hic ne mendaces vos ſæcula poſtera dicant,
 Suſtulit antiqui nominis obprobrium,
Quantum quisqꝫ volet, dicat, mihi credite, ſaxo,
 Nullus in hoc mendax eſſe pöeta poteſt.

P. Delius ad C. Porcium

Mundum conſenuiſſe qui fatentur,
 Agreſtes propè nos, et infacetos,
 Craſſa Pallade, Romuliq́ꝫ fęcem,
 Hos non Orbilij, Nigidij ue,
 Varronis neqꝫ habere cor putarim,
 Sed vappas, opicos, et oſcitantes.

Teſtis Coryci Tabella, vatum
Quę nutricula, quę vocanda lena,
Illic inuenies meros Tibullos,
Illic et varios, Propertiosq́,
Illic inuenies nouem Sorores,
Adſpirantia ſigna nundinantes.
Illic inuenies Camille natos
In tuis lepidos iocos ſalinis,
Non ſunt ludibrioſa ſęcla, quę te
Preclaris proauis parem tulere.

Idem

Siquis Praxitelis manu politos
Multa treis videat Deos, legatq́
Doctas Coryci mei tabellas,
Miretur ſtudium perennitatis,
Morti cedere, neſciamq́ mentem,
Omnes Corycius colit pöetas,
Omnes Corycium canunt pöetę:
Hęc illum emaciat coquitq́ cura,
Hęc cor lancinat, hoc veretur vnum,
Ne deſit latiale carmen, iſtam
Quo prolixius expleat lacunam.

Silvius Laurelius

Ut tua ſupplicibus mens iuſtà probata libellis
Sic tua in his ſtatuis ſtat Coryti pietas.

M. Ant. Piſaurius Venetus

Corycius dedit hæc, vitam ſibi, marmori et vnà
Vatibus, artifici, cum pietate parans.
Artificem commendat opus, pia carmina vates,
Corycium pietas, hæc decus omne rapit.

Hieremias Caſatrus

Conſcia virginei partus Ioachinia coniunx
Exultat nataque læta puerperio
Et puerum gremio natam complexa fouentem
Obtutu pariter ſpectat vtrunque pio.
Affectum, rugas et Sanſouinus antles
Quam bene Phidiaca reddidit arte faber.
Corycio ætherias Iano pro munere tali
Exorent, Virgo, filius, Anna domos.

Chriſtophorus Suchtenius Germanus

Sic poſtrema boni manus magiſtri
Appoſta eſt operi vndique expolito,
Ut deſit nihil artis, et decoris.

Quid non ingenium poteſt in arte?
Saxo treis ſtatuas Deos in vno
Hos quiuit celebri dolare cælo
Hos quiuit ſupero euocare cælo
Tantum addat modo ſpiritum, loquentur.
Idem
Commendemus auos, et ſæcla priora, ſed et nunc
Non fraudata ſua tempora laude vacent.
Non omnis pietas terris inuiſa receſſit
Eſt et adhuc aliquis relligionis honor.
Vt taceam ſicui Superum par cura Deorum eſt
Vnus priſca refert tempora Corycius.
M. Ant. Caſanoua
Non nunc Mœcenas, non rex Macedum, nec Athe=
Corycy at pietas excitat, ingenia hæc. (næ,
Phidiaceę redicre manus, redit alter Apelles,
Diuinum redyt Vergilij ingenium.
Corycius nequeat donis cum æquare merentes,
Dent rogat his Superi præmia digna ſui.
Io. Stephanus Cotta
Annam Sanſonij, Mariam, puerumq́ꝫ loquentes
Phidiacas cernis iam ſuperaſſe manus.

Qui Sculptor nouit viuos effingere vultus
Non'ne ſub humano pectore numen habet?
At nec Coryci pectus ſine numine Diuum eſt,
Diuinum excudi qui ſibi iuſſit opus.

Idem

Non ſunt Praxitelis manu nec arte
Exculptę Maria, et Parens, Nepoſq;,
Verum Sanſouius lubente dextra
Fecit Corycio hoc ſacrum perenne.

Idem

Effigiem Marię, atq; Annę, Pueriq; Tonantis
Hoc fieri curat marmore Corycius
Verum opus Andreę Sanſoui, quem prior ætas
Dixiſſet Phidię, Praxiteliq; parem.

Balthaſſar Tacco

Sanſouij, ſed non Phidię ſumus inclyta proles,
Anna, puer Marię Chriſtus, et alma parens,
Coryci pietas Diuos in marmora duxit
Editui clamant parcite luminibus.

Galeatius Capella

Sanſouius cœlo vidit quę numina, terris
Archetypum é pario marmore finxit opus

M

A nna, puer, genitrix, meus inquit numina ſætus.
S unt tria, partu vno quę peperi manuum.

Galeatius Capella

Phidiaca Diuos ſi detegis arte latentes,
C redidit vt lapso tempore priſca fides.
S anſouine tibi immenſum eſt vt debeat orbis,
C ondita naturę qui reſeras opera.
S iue tuum totum illud opus, quod clauditur vno
I n ſaxo, Chriſtus, virgo, parensq́ ſenex.
N on modo mortales tibi ſe debere fatentur,
S ed debere Deos iam tibi non pudeat.

Petranſancta

Q ui cupis optatam voti contingere metam
H uc ades et noſtro numine compos eris.
N ec te ſummoueat quod numina ſaxea cernis,
F lectuntur precibus flumina, ſaxa, ferę,
F unde preces igitur caſto de pectore, et omne
C ognoſces Coryti numen habere Deos.

Io. Maria Cataneus

D ebebant quod Dis homines, id nunc tibi debent
I am Coryti cuncti, quicquid in orbe hominum eſt.

Illi homines fecere, vices nunc reddidit ipſis
Corycius, Diuos dum facit, atq; colit.

B. Dardanus Parmenſis

Fecit vbi has niueo ſtatuas de marmore ſculptor,
(Ætherys immo ſedibus elicuit)
Nulla mora attonitis irrepsit mentibus error,
Non alios ꝙ quos cernimus eſſe Deos.
Falſa ſed vlterius ne ſerpat opinio: pœna
Plectendi, Andreas, Coryciusq; pari.
Quos facit ille Deos, dicat hic, peccauit vterq;
Corycius voto, Sanſouiusq; manu.

Idem

Hoſpes ad has nuper caſu dum tenderet aras,
Admiſſum aſtrigero ſe ratus eſſe polo,
Haud meritum cum ſe præſentes cernere diuos
Noſceret, attonito pectore diriguit.
Verum animus redijt præſenti numinis aura.
I, nunc hos lapides numen habere nega.

Idem

Hactenus é lapidum iactu nos eſſe renatos
Quid niſi ridiculum, et fabula Iane ſuit?

S ed poſtq̃ in Diuos abierunt marmora, quondam
F abula quę fuerat, nunc erit hiſtoria .

Idem

S i tibi relligio cordi pietaſq;, viator,
N e dubita quos hic conſpicis eſſe Deos .
H umanę his quoniam non ſunt commercia linguę,
T u lapides nullum numen habere putas .
F alleris hæc certe vocalia marmora, verum
H umano ſuperos non licet ore loqui .

Idem

Spirantes pario ſi cernis marmore diuos
Ex lapide humanum quis neget eſſe genus ?

Idem

M amurio, expreſſit q̃ lapsa Ancilia cęlo,
L audari æterno carmine contigerat,
G ratia Corycio poterit quę digna referri ?
Q ui ſumma ætherios euocat arce Deos .

Idem

Nititur humano naturam effingere captu,
Q uisquis cælandi quærit ab arte decus .
N aturam hic adeo Sanſouius exprimit, arti
V t dederit vinctas triſtior illa manus .

Hactenus ars quicquid non præſtitit ipſa, rependit
Artificis tandem cura laborq́ꝫ noui.

Idem

Amphitryoniaden cælo dignata vetuſtas,
Cur? quia pacato victor ab orbe redit.
Huic quid erit meriti, qui poſt tot ſæcula, terris
Reſtituit pulſos impietate Deos?

Idem

Credibile eſt homines finxiſſe Promethea cœno,
E' lapide hic ductos ſi patet eſſe Deos.

Idem

Suſpicis attonita quod dudum mente viator,
Si non Sanſouij, dic rogo cuius opus?
Sanſouij nimirum opus eſt, diuinitus vni
Marmora Sanſouio poſſe animare datum eſt.
Scilicet ætherias virtute euectus ad arces,
Rettulit hic quales viderat ille Deos.
His etiam inſpirat mentis pia gaudia, riſum
Addit et ingenuę ſigna pudicitię.
Hęret in obtutu nati virguncula, voluens
Forte animo qua nam facta ſit arte parens,
Hinc matri, hinc auię arridet puer, aſpice vtranq́ꝫ,

Pertentent ſtudio gaudia quanta pari.
Queſta diu ſteriles Hymenæi triſtior annos,
Pignoribus tantis damna rependit anus.
Lætior hinc natam dextra complectitur vlna,
Deq; facit nato myſtica verba Deo.
Verba facit quę non hominum eſt audire, negatum eſt
Senſibus humanis noſcere ſenſa Deum.

Idem

Si locus, et priſci pateretur temporis ætas,
Non alium coleret credula turba Deum.
Vendicat hunc quoniam ſibi Roma, et ſæcula norunt,
Hic, genitum ceſſat credere quisq; Deum,
Hæret adhuc tamen, et domina peregrinus ab vrbe,
Sit ne hic an ille parum certus abire ſolet.

Idem in Romanę Acad. Laudem

Inſolito hic teneant q; te modulamine vates,
Non minus, artificis q̃ moueare manu,
Ne mirere hoſpes, terras dum inuiſit ab alto
Parthenice, et certos quærit in vrbe lares.
E' cœlo quacunq; pedes tulit, alma ſequuntur
Turba pöetarum voce, lirâq; Deam,
Mox vbi quisq; gradum, et citharam ſuſpendit, ibidem

Deſtinat æterna ſiſtere virgo mora.
Ergo pöetarum vario oblectata lepore,
Omnibus hanc aram prætulit illa locis.
Perſonat attonitas ſi vox tibi dulcior aures,
Humanę hæc non ſunt carmina mentis opus.

Idem

Perpetuas Scythica pœnas ſub rupe Prometheus
Subducto ætherys ſedibus igne luit.
Ecquod ſupplicium ſculptorem, aut pœna ſequetur,
Hæc tria qui cœlo numina ſurripuit?

Idem

Muſa, chely, impenſa, Corytus, Sanſouius, arte,
Hæc decorant ſtudio viuida ſaxa pari.

Idem

Crediderat quos eſſe polo pia Roma, cupiuit
Hos tandem in terris poſſe videre Deos
Indulſere illi, et ſeſe exhibuere videndos,
Tanti ſancta tuę Roma fuere preces,
Æneadę votum reuocate, hæc veſtra cupido
Ad cœli vobis ſidera claudit iter.
Credulitatis erat merces pulcherrima cœlum;
Cœlum credulitas ſcandere ſola poteſt.

Idem

Cum reputo quibus officijs me Iane ſequaris,
Debetur meritis gratia magna tuis.
Carmine ſat facerem, ſed quod mihi carmen ineptum (eſt,
Extimeo in chartis ne moriare meis,
Sat ſemel humanis durum eſt diſcedere rebus,
Durius at multo Iane bis occidere eſt.

Ianus Vitalis Panhormitanus

Pictori tabulas, Sculptori, et vatibus ipsis,
Et ſibi Corycius quatuor vt poſuit,
Pictor opus, Sculptorq; opus, et vates opus vnum,
Coryciuſq; decus dum ſtatuunt, idem habent.
Omnibus his vitam dant vates, Coryciuſq;.
Ergo pios vates, Coryciumq; pium.

Idem

Amphion cithara Thebarum mœnia, eburna
Condidit, et fidibus,
Auctor Agenorides quorum exul fertur, at ille
Dentibus armigenis
Fama tamen miri liquit monumenta laboris
Morte ſoluta breui
Vltima Corycius vatum miranda locauit

Carmine facta pius
Tutantur vates dum carmine marmora, fama hæc
Stans, volitans loquitur.

Idem ex Voto

Qui per Carpathij marmoris impetum, et
Angustos ſcopulos, Acroceraunia.
Iactatus, rapidum et per ſiculum mare,
Certus naufragio protinus arripi
In ſaxa obuia Syrtibus,
Ad vos confugio lucida Sidera,
Ieſu, Anna, et Maria, ó numina Coryti,
Terræ nam latuere, et mare turgidum,
Huc illuc agitat ſubdita fragmina,
In ſaxa obuia Syrtibus,
Iam nox ignibus et fulminibus micat,
Diſſoluit rabiem Sirius in ratem,
Eurus turgidus, et vis Aquılonia,
Aduerſis rapiunt carbaſa flatibus,
In ſaxa obuia Syrtibus,
Ad vos confugio lucida ſidera,
Ne merſus iaceam vortice languidus,
Illiſus Boreæ turbine, et imbribus,

& quę concutiunt fulminibus ratem
In ſaxa obuia Syrtibus.

Idem

Treis vno ſtatuas Tholo locarunt
Sculptor, Corycius, boni poëtę,
Cælo, muneribus, bonis Camœnis,
At quę ſunt ducibus tribus locatę,
Ter treis ijs referunt tribus honores,
Vt viuant ducibus tribus locatę,
Et viuant poſitis tribus locantes.
Incertum eſt veneremur an locatas
Iis tribus ducibus, vel hos locantes.
Quod ſi mens eadem locantibus ſtat,
Vt numen tribus eſt Deis locatis,
Locatas veneremur, et locantes.

Idem

Ingenium, et pietatem, hominumq;, Deumq; ſub vno
Marmore Corycius tam bene diſtribuit,
Vt natura ingens ſitq; ars contenta in eodem
Marmore, nam Deus eſt ſtare animus Superum.
O mirum ingenium, et pietatem hominumq; Deumq;
Quæ non tantum homines ſed trahit vna Deos.

Idem

Diſſeruiſſe viros inter miramur Ieſum
Iam puerum, et lectos tot ſuperaſſe patres,
Edidit ore illud proprio, ſed marmore ſculptus
Nunc facit is quicquid fecerat ore prius,
Nam dum Corycio arridet, ſpectat'q; pöetas,
Sanſouiumq; hilari fronte fouet placidus.
Et docet hunc pietatem, illos fore carmina mentis
Sanctę opus, artificem quàm valet ars propria.

Idem

Olim homines fuerant bini, cœlumq; petebant
Vi, ſecuit medijs quos Deus ex humeris
Cœlum iterum affectabant, ſed tria numina in vnum
Quis neget é ſummo deſiluiſſe polo?
Cum dubitent etiam, deformia monſtra priores
Stent'q; Auguſtini tutius illa Tholo.

Idem

Natura hoc patitur Sculptor, vatesq;, Coryti
Quod rapitis iuris vtraq; iura ſui
Quod tu, quod Sculptor vatesq; in viua tegatis
Marmora de proprio numina ducta polo? (mor
Veſtrum erat ó Sculptor, Corytiq; in marmora mar=

Reddere, ſed vatum nunc animaſſe fuit,
Vatibus ergo tuis cædat natura Coryti
Ius tibi, Sculptori ſeruiat artis opus.

Paulus Bombacius

Lubrica vidiſſet quisquis Phorcynidos ora,
In duram ab ſilicem fama abiiſſe canit,
Digna fide res eſt, nanq; hæc ſimulacra tuendo,
Quilibet immoto lumine membra riget
& niſi præſentes eſſent in marmore Diui,
Iam ſtares gelidus Martia turba lapis.

Idem

Si fieri potuere homines informia ſaxa,
A tergo rudis eſt quę iaculata manus,
In tacitos conuerſa Deos cur iſta negemus,
Tam docta quę ſunt marmora culta manu?

Pierius Valerianus Bellunienſis

Cum tot vbiq; habeas ſpirantia ſaxa, colores,
Et raq;, vita quibus ni ſit, ineſſe putes,
Cur tantum tria ducta vno de marmore ſigna
Anna Auia, et Mater virgo, Puerq; Deus.
Ingenia incendunt hominum, ſtimulantq; pöetas,

Quot Roma, atq; ingens ambitus orbis habet,
Non hunc Corycius, non Sanſouinus honorem,
(Hic ſumptu q̃uis inclytus, ille manu)
Affectent, vis hæc cœleſti a lumine fuſa eſt,
Scilicet eſt tanti ſacrum habuiſſe locum.
Nanq; Auguſtini ingenium, et facundia, et ardens
Illa adeo pietas, atq; amor ille boni
Hanc mentem inſpirant, cœli de vertice, virtus
Vnde hominum, vnde Deum non moriatur honos.

Idem

Fruſtra reſpicis otioſa turba,
Fruſtra aures tribus admoues figuris
Annę filiolæq;, filięq;.
Sunt hæc marmora quę loqui arbitraris
Donum Corycij, arsq; Sanſouini,
Non ſunt marmora, ſit fides tuenti,
En en blanditias auiti amoris,
En cum blanditijs preces verendę
Nymphę, quę populum, patresq; nato
Commendare videtur, et labores
Romę congemere, et dolere acerbos.
Vt nos marmoreos, piumq;, ſasq;

Non admittere protinus queruntur.
Vt noſtri miſeret'q;, et hunc, et illas,
O' vox, o numeri, ó beata turba.
Sed quę non licet auribus profanis
Audiri, audierint pij, boniq;
Eſtote procul impij, improbiq;.

Idem

Corycius, Sculptor, vates de marmore leui
Quisq; ſibi ſummum finxit habere decus
Nam pietate, arte, ingenio certantibus illis,
Ambiguum eſt quisnam præmia prima ferat.

Grapaldus

Tot pia q Coryti pietas trahit vna pöetas,
Miraris? traxit iam prius illa Deos.

Idem

Adde animam, artificem ſuperas, ſed cætera viuunt,
Lingua riget, poterit lingua ſoluta loqui,
Qui bene perfectus ſignis deſcendit ab alto
Spiritus, vt pietas elicit vna Deos.

Adelon

Lis noua Sanſouy, et Vatum, Sanſouius inſit
Eſt tantum vatum dicere, nos facimus

Praeſtamus vobis, oculi velut auribus, audit
Veſtra iſtaec populus, noſtra videre poteſt.

Sebaſtianus Sperantius

Damna promethides reparans Neptunia quondam,
Dicitur in populos ſaxa animaſſe nouos.
At tuus ó Coryti cum treis é marmore pulchro
Sanſouinus mira fecerit arte Deos,
Iam nec Aloidę conentur pellere diuos,
Quando habeant ſuperi Deucaliona ſuum.

Idem

Ut gens é ſaxis hominum reparabilis eſſet,
Iuſſa Deum Pyrrhę detulit alma Themis.
At nunc vt pario fiant de marmore Diui,
Enthea Corycy iuſſa fuere ſenis.
Si debet Themidi genus hinc mortale refectum,
Cur debere negem numina Corycio?

Gaſpar Urſinus

Vidi plus ego millies, nec vnquam
Sum factus ſtatuas ſatur videndo,
Quas hic Corycius pater locauit,
Et carmen cecini frequens, nec vnquam
Laſſatus toties fui canendo.

Sed tantum ſcio cur manet videndi
In nobis ſtudium, et ſimul canendi.
Ars, numen, pietas, tria hæc in vno
Summa marmore ſunt et abſoluta,
Quæ poſſunt tibi millies videri,
Et poſſunt, vti nunc vides, abunde,
Sed nunquam poterunt ſatis referri.

Idem

Ne mirare loqui non poſſe hæc marmora. laus hæc
Magna ſat eſt, viſa vt ſint tibi velle loqui.

Nicolaus Mandoſius Amerinus

Colludentem Auiæ infantem qui ſculpsit Ieſum
Ac è ſe nato gaudentem numine matrem
De cœlo aduexit potius, vel cœlitus illi
Ars data, et ingenium, Phidias vel in orbe reuixit.
Quæ nunquam laudata ſatis, nunc illa Myronis
Bucula, et antiquæ cedant miracula famæ
Artificum, ſi ſenſus abeſt, quaſi membra moueri
Inſpice, et ingenium lapidem amiſiſſe rigorem.
Munera Corycio magis hæc debemus? an ipſi
Auctori, ſed cur pariter non dicat vtrique.
Aes ille impendit, ſupremam hic contulit artem.

P. Franciſcus modeſtus

Hinc minor addiſcit quę iam natura docebat,
  Et ſtupet artifices hoc potuiſſe manus.

Io. Baptiſta Cataneus

Vis rari artificis treis vno in marmore vultus?
  Hos pete, quos pietas Corycïana dicat
Anna Deo arridet genito, quem virgo parentem
  Læto amplexa ſinu ſe genuiſſe ſtupet,
Quid Rhodon, aut Epheſum ſignorum gloria tollat
  Poſthac? Sanſouium ſecula noſtra ferant.
Cui ſua, et auctori laus hic ne deſit, vtrunque
  Carmine qui ſcribis deinercare tuo.

Idem

Quæ tria de pario cernis ſpirantia ſaxo
  Numina, Corytij ſunt monumenta pij,
Virginis Anna parens, et virgo mater Ieſu
  Mirantur nati paruula menbra Dei
Sanſouij manus hæc priſcos imitata magiſtros
  Fecit, quam loquitur quanta tabella vides.
Ille ſuę pietatis, et hic feret artis honorem
  Amboq; perpetuo carmine erunt celebres.

Albertus Cistellarius

Hanc quis cœlicolis dicauit aram?
Quis ſculpſit manibus laborioſis
Viua hæc marmora? qui fuere vates
Tam grati ſuperis? fuit Deorum
Clara progenies, Deos putabam.

Idem

Quiſquis Corycij ſacro ſacello
Vel doctis tabulis trium Deorum
Verſus fixerit elegantiores,
Illi ter, quater annuant precanti
Magna hæc numina, rideant lucello
Et quacunque beent eum pöetam.
At qui ſpreuerit, æſtimatione
Ignaua, illepidusque, ineruditusque
Vnus ambulet inter eruditos.

Hieronymus Pacinas

Tam viuax miratus opus cum forte rogaſſem
Eſſet an humana ſculptus ab arte lapis.
Mens ait, eſt, viſusque negat. ſic inde viciſſim
Dum certamen habent, credere vtrunque licet.

Idem

Stulte quid inſanis? non ſat vidiſſe? quid vltra

Quæris? et immundo polluis vngue ſacrum?

Vidi equidem ſatius, viſus tamen ambigit, vtrum

Sit lapis hic, ecquis (si lapis) egit opus?

Marmor id eſt, quod marmor erat ſub nube, figuras

Has pia Corycy Iuſſit habere fides

Et quæ digna manus? cui ſe tam dia propago

Indulgere rudi marmore viſa fuit,

Sanſouj quo noſtra ætas, quam priſca Myrone

Vel Polycletea non tumet arte minus,

Vnde datum eſt hominem tam certas ludere formas.

Quæ ſpectatorum lumina decipiant?

A' Ioue, nanque aliter non hoc Auiæque parentique

Et ſibi congrueret, ni Iouis eſſet opus.

Idem

Quam bene dis paribus modica ſtant æde figuris

Mater anus, Virgo nata, nepoſque Puer,

Felix ille quidem eſt, operis cui gratia tanti

Marmore tam paruo fama perennis erit.

Corycius tamen hoc multo felicior, inde

Nomine cui pariter vita beata datur.

Idem

Quiſquis adeſt tacita nutantia marmora lingua
Contemplator, ibi certat vterq; labor.
Ars ait eſſe ſuum, rerum ſibi vendicat altrix,
Sic opus ancipiti ſub ratione manet,
Altera formatum cœlo probat, altera ductu
Humano, lapidem viuere poſſe negat.
Quod'q; laboratum ferro, teſtatur in ipſo
Marmoris artificis certa rigore fides
Quodq; per algentes infuſus ſpiritus artus
Viuat, anhelanti iam ſatis ore patet.
Hinc ita lis agitur nullo diſcrimine litis,
Condicione magis verificatur opus
Sculptus et hic lapis eſt humana ſcilicet arte,
Numinibuſq; tribus viuit anhela ſilex
Non'ne opus hoc igitur, non hic labor? aſpice quan=
Sanſouius potuit, Coryciuſq; dedit. (tum

Idem

Mater, Nata, Nepos vno ſub marmore viuunt
Munere Coryciј, pollice Sanſouij.

Idem

Dicite io pueri, vos, innuptęq; puellę,
Sacra magis quarum ſimplicitate calent.
Dicite Corycium, votiuo plaudite ſaxo,
Mixtáq; verbenis maſcula tura date.
Non Gnidię veneris, Rhodij vel Apollinis hic eſt,
Nec Iouis Elæi vana ſuperſtitio,
Sed puer humani generis Sator, atq; redemptor
Chriſtus, et annoſę virgo parens auię.
Numina tam paruum non dedignata ſacellum,
Corycijq; fide, Sanſouijq; manu.

Marcellus Palonius Ro

Cor Coryti, et viuos cæleſtum in marmore vultus,
Sanſouij mira finxerat arte labor
Obſtupuit natura, Deos et ſidera teſtans,
Iam ſuperor, quid ſi ſaxa loquantur ait.
Ora ligat, mille extemplo affluxere poëtę
Si victa vtroq; eſt munere, et ipſa ſilet.

Nicolaus Liburnus

Marmora cœlicolum veros imitantia vultus,
Non niſi Sanſouio fingere poſſe datur.
Hic igitur qua parte poli tria numina vidit?
Non hic Corycius mente videre deos;

Nil mirum ſic ante, Iouem cernebat Homerus
Per quem diuinum fulſit opus Phidiæ
Quid niſi Coryci curæ eſt, pietaſq́ꝫ, fideſq́ꝫ
Cui placuit puræ virginitatis Amor.

Aloyſius Vopiſcus

Quis pauor äerios viſentum marmora cœtus
Spirituum, hoc quantum voluitur in vacuo?
Denſi adsunt, orant, inhiant, pars oſcula figunt,
Hi nutu monſtrant, exerit ille manum,
Inde grauato animo venientum ceditur vndis,
Ægre abeunt flexis ad pia ſigna oculis,
Laudibus extollunt bene natum ad ſidera marmor,
& fortunatum marmore Corycium.

Idem

Subductum huc quis celſa ſecundus ad aſtra Promethe=
Vos adijt Superi? pandite, Corycius. (us
An culpa ſimili? quid? ſi huc, pro fraude Promethei
Corycij allectant nos pia facta ſenis.

Aurelius Foſſa

Acte ego corycij curam quo carmine laudem?
Cum ſit materies omnis adempta mihi.
Aut quibus in tabulis (ſi ſcribam) carmina ſcribam?.

In tabulis cum nec, nec ſit in æde locus .
Omnia Corycio, ſtatuis ſunt omnia plena .
Coryciumq; ædes vix ſatis vna capit,
Attamen ante fores duo tantum hæc carmina figam,
Ne veſtrum ó vates contemerem ipſe chorum .
Has tibi Corycius ſtatuas Anna alma dicauit
In terris, cœlo tu modo redde vicem .

Io. Capito Arretinus

Si fieri Andreę potuiſſet ſpiritus arte,
Tergeminum hoc ſpirans marmore numen erat .
Sed dare quod nequijt Scalptoris dextera ſignis,
Dant animam his vates, et ſine morte decus,
His faber in ſtatuis fingendis, iure parentum
Munere, ſed vates fungitur ipse Deum .
Ars, pietas, numeri certant hic, ſed duo tandem
Deficient, pietas ſola perennis erit .

Idem

Si trina eſſe foret fas altera numina ab iſtis,
Hoc diuum, atq; hominum rex animaſſet opus .
Quod ſic nimirum ſuperaret ſigna Promethei,
& nimium felix Pygmalionis ebur .

Ianus Vitalis Panhormitanus

Sculptores priſci faciebant ſemper, at vnus
Sanſouius noſtro tempore fecit opus.

Idem

Miramur Gnidię fulgentia membra Dienes,
Et quaſi anhelantis Palladis effigiem,
De Ioue Mæonio ſimulachrum immane Tonantis
Phidiacę Eleis compoſuere manus.
Inuidioſa olim taceat ſuperata vetuſtas.
Dat meliora vno marmore Sanſouius.

Michael Nardinus

Annę Auię, Marię matri, Nato atque nepoti,
Harum aram hanc Corytus, et ſtatuas ſtatuit.

Aurelius Foſſa

Marmora, templa, arę, cum iam ſint omnia plena
Carminibus, tabulis, vatibus, et titulis.
Infelix quid agam vates, num ſcribere quicquam
Debeo? quid ſcribam? ſcribere neſcio quid.
Coryci Statuę veniam mihi ferte ſilenti,
Aut mihi materia carmina digna date.

Ianus Vitalis Panhormitanus

Quàm bene, quàm proprie, quàm culte viua refertis
Marmora Sanſouij, Corycijque manus,
Altera ſcalpendo, dando altera, conditis ambo
Et datis in ſolo marmore treis ſuperos
Fingere non laus eſt, laus eſt quod viua videntur
Marmora, quę facta non puto ſed genita.

Idem

Quod tria tam leui ſpirant ſub marmore ſigna,
Non ars Sanſouij, ſed Coryti pietas.

Idem

Olim erat á Diuis ſemotus quisque, quod inter
Mortales habitent numina, agit Corytus.

Delius Hieronymus Alexandrinus

Letus Phidiaca Iuppiter eſt manu.
Signa et belligerę ſunt tria virginis,
Dipœno, atque Scylo Cynthius, Hercules
Et Pallas ſapiens, et nemorum Dea
Cnido, et Praxitele eſt turgida Cypria.
Eiusdem Parium ſe eſſe Cupidinem
Non tedet, queritur de Rhodio Alchida. at
Phiſiſco Aonides, Phœbus et aureus

Grates carminibus, tot numeris agunt.
Sed Ieſus Dominusq́; et tot Deus omnium
Cum caſta Maria matre, auia et ſua,
Ingentes Coryti dant tibi gratias,
Tanti ꝙ fueris muneris auctor, et
Vates carminibus nomina, gloriam,
Quę noctes Stygias vnica negligit,
Nec Lethes trepidat flumina languida,
At quo fit ſenior, fit magis hoc potens.
Nam forma ſuperant hęc tria numina
Mendax quę obſtupuit ſingula Grecia.

Idem

Phidiacas dicunt quondam fabricaſſe Tonantem
De Ioue Mœonio, tam grauis ille, manus
At modo ab Elyſijs redeat licet altus Homerus
Fœdabit, cupiens hos celebrare Deos.

Ianus Vitalis Panhormitanus

Si potuere omnes tria numina habere pöetas
Qui canerent lepidis non moritura modis.
Cur dubitem eſſe Deos, qui nos ſtimulentq́;, iuuentq́;?
O durę nimium mentis abeſte procul.

Idem

Adſitis Iuuenes, viri, ſeneſq́,
Date et Coryci trium Deorum
Thura imaginibus, diſertiores
Omnes efficiemini, Catullo,
Flaccoq́, ac vario, Propertioq́.
Adſitis meriti bene, ac pudice, et
Huc quiſquis veniet poëta fiet.

Idem

Inter naturam atq́ artem cum facta fuiſſent
Hec tria ſigna, fuit mens noua de ſtatuis.
An poſſent vocem atq́ animam tribus indere diuis
Motumq́, et cecis lumina luminibus,
Senſum, animumq́ iſtis dehinc addere, Corycius ſed
Fecerat id cum tot vatibus egregijs,
Nam dum dant Corytus vateſq́ in marmore formant
Vocem, animam, motum, lumina, ſenſum, animum.

Michael Venturus Fulginas

Nunc Mæcenati Phidias inſultat, ad aſtra
Extollens ſpretis carminibus ſtatuas

C ontra Thuſcus eques, quoniam periere ruinis
V rbis ait veſtrę tot monumenta manus
T rade tuas artes fabro, atq; ego mille poëtis
I mmittam Flacci, Vergilijq; animam,
A nnuit, inſpirat Mœcenas mentem, animumq;
Corycio, ac artem Sanſonio Phidias
V iuum hoc ſculpsit opus laudant pleno ore poëtę
S enſit habere faber vatibus omne decus
A tq; fabro vates, debet pars vtraq; magno
Corycio, tribus ijs cędite priſca nouis.

Idem

Eſſe tuum mentiris opus, tu ſcalpere marmor
N oſti, ſed tantum cuncta animare Dei
I lle hoc viuificat marmor, ne iactet inanis
H oc opifex viuo marmore vita fugit.

Janus Vitalis Panhormitanus

Has tria treis ſtatuas poliunt Marię, Annę, et Jeſu
S anſouij, et Corytı dextera, et ars hominum
H ic cęlis, ære hic, hi relligione, et amore
Q uem cum Dijs retinent, pectora ſacra Deis
V iuere non melius poterat cęlator, et ipsi
V ates, ac Corytus quam alterutro alteruter.

Cæſar Steccatis Ro.

Corycium ſuperaſſe Numam pietate ſuprema
 Tam bene formatis indicat ara Deis
Tam bene ſunt alacres cum matre, puerq́, parensq́
 Quod Phidiam artificis conſtat ineſſe manu
Diminuit laudes opus hoc inſigne, Diones
 Saxea quę quamuis eſſet, amata fuit
Pompilium, Phidiam, Venerem, pietate, manu, ære
 Auctor, Sculptor, opus, vincit, habet, minuit.

Paulus Cerratus

Cum modo Corycius dederit ſub imagine diuum
 Candida Phidiaca marmora ſcalpta manu
Pierides fictos celebrarunt carmine vultus
 & veros Helicon credidit eſſe Deos.
At ſua mirantes ſpirantia numina ſaxo
 Dij ſua imaginibus templa dedere ſuis.

Albertus Caſtarellus

Æternum vt viuas fecere hæc carmina vatum
 O bone Coryci ſuauiloquis modulis.
Quis neget hoc verum multo mage ſęcla perennant
 Pectoris Auguſti pectora rara tui.

Illa parem antiquis te Heroibus oſtendere
Vt tua numinibus grandibus iſta parem.

Paulus Cerratus

Munere Corycij genus altitonantis habeto
En auia, en Genitrix, en puer ipſe nepos.

Laurentius Cataneus

Miraris, loqueris, ſimulq; rides,
Inſpiras animis Deos vereri
Marmor Sanſouia manu politum
O felix lapis, ó laboris almi
Vnicum ſpecimen, decusq; ſecli.
At beatius hoc, decentiusq;,
Vultu q; placido manuq; larga,
Vnius Coryti eriguntur Arę
Florent tot Phidię, vigent poëtę.

Idem

Non ſunt Praxitelis manu expolita,
Non hęc Phidiacus labor peregit,
Nec quisquis Rhodius, Scopas ue prompsit,
Quibusuis alijs diu ſepultis
Sub terris animę peritiores,
Sed Thuſco ingenio, manu, arte, Thuſcus

Andreas, Coryti exhibentis aurum
Dulci preſidio et decore fultus.
Spirant marmora, ridet atq; trinum
Numen, non ideo ut beatiora
Eſſent, nil Superis poteſt deeſſe.
Sed quanto eſt Corytus bonis pöetis
Gratus dijs etiam ut videret orbis.

Paulus Cerratus

Quid nunc sidereo abditos olympo,
Terras viſere compulit relictis
Aſtris cœlicolas, diu et negatos
Vultus pandere gentibus malorum,
Et noxe immemores? manus ne docta
Thyrreni artificis? vel ipsa multo
Inſudans Studio expolire marmor
Natura; an placido magis pöete
Cantu? num lapidis decor minantis?
Aſt horum nihil, improbis ſerena
Terris numina reddidit, nec alto
Eduxere grauem polo Tonantem
Tot cauſe, ut gemine Dei parentes,
Quas leto aſpicis inuicem reuinctas

Amplexu, ac precibus libens fatigas.
Pacatos homini deos repente
Fecit Corycius labore pulchro,
Atque alma pietate qua Deorum
Aras excolit impiger cadentes.
Aversosque iterum malorum inultos
Orbi restituit favore digno.

Lucius Gabriel Rubimontius

Cum artem operis, cumque artis opus, cum utriusque laborem
Miror, nescio quid alterutrum utra habeant,
Pendet ab arte labos, opere ars, opus indiget unde
Pendeat, à Coryto ars pendet, et ipse labos
At si è Sansouio pendent hæc omnia, tantum
Augusta est pietas debita Corycio.

Idem

Quàm bene cœlestes effinxit marmore vultus
Sive ars Sansouij, seu pietas Coryti
Altera in alterius collapsa est pectora, quando
Artus hic iussit crescere, et ille loqui.

Laurentius Vallatus Ro

Non potuere manus verissima numina cœlo
Elicere, elicuit Corycij pietas.

Mentem hauſere manus, poſuere in marmore mentem.
Si mens eſt lapidi, quis neget? aura quoq; eſt.

Idem

Bis iam mirifico partu deus editus, olim
Virgine, mirificeq; nunc peperere manus.

Idem

Sanſouius voluit naturam vincere, vicit,
Dum Deus in lapide viuit, in arte lapis.
Sanſouium rurſus vicit Deus, ille ꝗ vnum
Ipſe ſua ꝗ tres clauſit in arte Deos
Hoc hominum numen fecit venerabile marmor
Corycium, vatum, Sanſouium, artificum.

Idem

Colludit, ridet, ſpirat mirabile ſaxum
Senſus in arte, ars in marmore mira fuit.

Idem

Eſt Deus, et non eſt, Deus eſt ꝗ viuere teris
Non eſt, ꝗ tacta marmora dura rigent.

Idem

Eſt Deus, et non eſt, ſpirat, non ſpirat, idipſum
Eſt Deus, ars ipſa eſt noſcere quid deus eſt.

A. Orpheus Pellatus

I nſignes artis dotes, fœcunda virorum
I ngenia, et magnos vates iam deſinat ætas
N oſtra queri, et penitus iam conclamata putare.
V irtus priſca redit, redeunt cum moribus artes
& reparata nouis remeant iam ſęcula luſtris.
E ſt precium rebus, ſunt et pręconia laudum
Ex actis verba, ex rebus ſimul acta probantur.
S tat dictis manifeſta fides, ſunt publica facta.
Q uid decus hoc magnum media ſpectatur in vrbe?
C orycy pietate ſacrum, clara arte Sauini.
S chemate ſub triplici iunctum complexibus almis
H umani generis precium, ſic ſumma ſalutis
V irginis ac ſterilis partus proponitur almis.
Ex quibus ęterni patris de virgine pura
P rogenitum cernis puerum ſub imagine Ieſum
V erum hominem, verumq; Deum, regemq; deorum
A tq; hominum, amplexu et gremio matriſq;, auiſq;
C ompoſitum, blando riſu cognoſcere vtranq;.
D icite quid veterum potuiſſent amplius artes
S culptorum? eximias captantes mente figuras
S olerti cęlare manù ſenſuq; profundo

C oncipere, et melius naturę afferre decorum.
A ut ligno, aut cera, planis'ue notare tabellis,
Q uam potuit ſpectanda diu ſolertia preſens
M armoreis ſimulachra parans animare figuris,
G audeat hęc ætas cultu reparata priori,
A tq; diu felix tales producat alumnos,
Q uales leta videt nunc, et longeua videbit.
H oc precor ò Superi, iuſtis intendite votis,
V t genus humanum poſito ſqualore ſituq;
S plendeat, et demum priſcos reuocetur ad vſus
G eſtiat ars omnis iure, et merito Chorus omnis
A rtificum, plauſuq; ſuos agnoſcat honores.
Exultet, laudet'q; ſimul iam quilibet ordo,
M ercurij, Veneriſq; probę, mundęq; Dianę,
Cum Ioue, cum Phœbo, cum Pallade ſecula ſurgunt
A urea Saturni, pulcher'q; renaſcitur orbis.

Idem

T res Pario viui fulgent in marmore vultus
D ulci in complexu, tres numero, vnus honor.
Corycij pietas dedit hoc, at munere tanto
S emper erit celebris Corycij pietas.

Idem

Anna vetus ſterilis Mariam, aſt hæc virgo Tonantem
 Gignit, et hinc natus, pró, puer iſte Deus.

Idem

Eſt puer iſte Deus, natus de virgine pura
 Quam peperit ſterilis femina, prorſus anus.

Idem

Qualem Roma vides puerum, matremq;, auiamq;
 Talem Auguſtinus prodidit ore ſacro,
Hinc Sculptor doctus merito hac Sanſouius æde
 Munere Corycij nobile fecit opus.

Idem

Ede precor Coryti, dic Sanſouine, figuras
 Vnde has tam pulchro ſchemate marmor habet?
Non vis noſtra fuit, non ars, ſed gratia magni
 Aureli edocuit numine mota Dei.
Iure igitur decus hoc eius ſpectatur in æde,
 Auctorem vt primum gloria prima colat.

Idem

Produxit quondam viuos de marmore vultus
 Grecia, quod bona nunc æmula Roma facit
Nec ſolum ſtatuis, ſed muſis præſtitit Hellas;

Quas pariter conſtat cedere iam Latio
Hoc docet inſignes quę prouocat vndiq; vates
Ars Sanſouini debita Corycio .

Gaſpar Urſinus

In lapides homines, in vitam cogere marmor
Soli mirifica Dij potuere manu,
Ecce vel hos illos mortalibus addere certum eſt,
Nobis ni careant morte deinde pares,
Nanq; vel iſta Deos credas in marmora verſos,
Iſta vel in magnos marmora verſa Deos .

Idem

Quę prius in cœlo ſolum ora videnda manebant
Corycius terris conſpicienda dedit .
Et nunc ſancta trium coram licet ecce tueri
Ora deum ante homines, ora deum ante deos .

Hieronymus Laurelius

Tam veros finxit Sculptor ſub marmore vultus
Spirare vt credas, mutaq; ſaxa loqui .

Petrus Mellinus Ro .

Omnia dant ſtatuis his laudem, carmina vatum
Corytij pietas, Sanſouiniq; manus .

Idem

Cum tria de liquido ſuprema hęc numina cœlo
Marmor in hoc Parium tam bene ducta forent
Lis fuit, et primos ſibi quiſque petebat honores,
Vates Carminibus, Sanſouiniuſque manu.
Tum mea quę petitis, ſunt hęc mihi pręmia danda hęc
Corycij pietas inquit, abite pares.

Siluius Laurelius

Anna annos, Maria omne bonum, dat ſidera Ieſus
Corycio, qui tot datque deditque Deis.

Idem

Sunt hic carmina plura, ſunt tabellę
Plures, ſunt quoque plurimi pöetę.
Verum ſi reputes quid, hi merentur
Et diui, et pietas Coryciana,
Plus mirabere non fuiſſe plures
Vates, carmina, codices, ſed ipſum
Ne mirere diu, ſequentur hinc iam
Hos vel millia mille plus pöetę.
Quin tu hanc ſpero vel ocius videbis
Cinctam hinc inde tabellulis columnam
Ut miracula detonata ſeptem

Iſti cędere iam queant columnę
Et iure et merito merentur ipſum hoc
Et diui, et pietas Coryciana.

Petrus Aperbachius Germanus

Laudata artificis manus eſt, celebrata poëtis
Corycij pietas numina carmen habent
Omnia cum meritam tulerint hęc carmine laudem
Et dis, Corycius, numina, ſaxa, manus
Solus adhuc manibus iacet illaudatus Ieſu
Paſſer, et hunc vatum muſa tacere poteſt?
Quamuis hic tener eſt, non eſt tamen iſte, miniſtra
Fulminis, aut quauis alite, crede, minor
Exhibet hic blanda luſus, ſolatia, riſum.
Illa ſed irato porrigit arma Ioui.

Caius Siluanus Germanicus

Quartam verſiculis ſuis tabellam.
Expleuere viri diſertiores
Nec noſtris ſupereſt modis locellus.
Quare Iane rogatus adde quintam,
Seras reſ[p]ue nec meas Camœnas
Quas ſi tu penitus nihil moraris,
Aſt componere ſic mihi videtur.

D eberes numero probatiorę.
E n plures alij locum Coryti.
S uis carminibus petunt pöetę
H is tu non dabis? an quid inter iſtos
R eferſ, tu quoq; collocarier vis?
I nter candidulos greges olorum
Q ui melos bene concinunt ſüauę
C oruus decolor, ac ſtrepentę vocę
T urbabis crocitans ſonos canoros,
S ubrides, ſimul aſperaſq; naſum
& ronchos mihi comminaris, iſtęc
N i ceſſem temerarius rogarę
N on ſic, vera nihil pudet fateri
C ertę peſſima peſſimus pöeta
S cribo carmina, non'nę Coruus atq;
C ycnus eſt auis? at nimis ſuperq;
V ideris Coryti mihi ſeuerus,
N eſcis vt faciem decet venuſtam
N ęuus, quo ſinę bella, bella non eſt.
T u meos malę peſſimos notaſti
V erſus, te malę peſſimus notabo
V ates, tu numerum imparem deorum

Forſan neſcis adhuc, cum'q; ſacrum
Eſſe relligioni, et ipse, prorſus
Coli abs te ſuperos putas ad vnguem,
Quare da precibus locum, et pöetis
Doctis, pentade finies tabellas
& noſtris aliquem ſimul locellum
Muſis, quę ſtatuas tuas adorant,
Sin prorſus Coryti nihil moueris
Expecta Palinodian malignam.

Idem ad Pöetas

Frequens in has deum nouas imagines,
Nec vsq; carmen obtuli rudiſſimum
Nec inde, quale docta Roma poſtulat
Tamen locum tot inter elegantias
Tuas, diſerta turba, ſedulo ambiens
Apud Corycium meis ineptijs
& oppido improbus fui, et nimis grauis
Seuere is at mihi frequenter abnuit,
Negans dari meis locum vel vltimum
Ineptijs tot inter elegantias
Videns deinde ſupplices nihil preces

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

I nuare, protuli loco precum minas,
M odos quoq; impios, ſat ore turbido
M inatus, his daret meis ineptijs
S uas locum tot inter elegantias
I o triumphe io quod ille identidem
R ogatus abnuebat, en meis minis
C oactus, et probris et inſolentijs
Meis locum negat negare verſibus.
E rit locus meis inelegantijs
E rit, tuas tot inter elegantias
H onos mei diſerta turba ſæculi
Quis iſte? fronte qui videtur inuidia
N otare me, ꝙ indiſertior ſue
T ot inter ambiam locellum Apollines
E s ipse liuor, es mali vmbra tabidi
E s illi et ore voceq; adsimillimus
P robus vir ille, comis ac dioneus
I n ore cuius eſt videre gratias.
T uo ſed ore in improbo inuidentię
S tetere, luridiq; pallor, et macor
& omne mortuas quod occupat genas.
A bi hinc lues propago noctis abditę,

A bi in malam crucem, atq; perfidum caput
I n atnne' conde' squallido ſilentium.
A t heus, adeſte quisquis ante' limina
M oramini, et pudore' pené ruſtico
T enemini, et timetis vsq; verſibus
L ocum rogare', quid diu moramini?
A deſte' num timetis inuidentium
F urorem, et inde' nomen inſolentię
C auetis? haud probo nec vllus approbat,
N iſi inuidus, niſi omnium indiſertior
N ec inſolens ego eſſe', nec graue' arbitror
A ge' ergo quisq; honeſti amore tangitur
S uumq; nomen in futura ſecula
& eſſe' cognitum cupit minoribus,
A deſte' quid diutius moramini?
M oramini ipse' dum roget Corycius?
V t eſt inanis hęc fides. Corycium
R ogare', qui mihi rogatus abnuit
N ec annuiſſet ille', ni improbis probris
C oactus eſſet, et minis frequentibus.
A deſte' adeſte' quiſquis ante' limina
M orare', quid diutius moramini?

Idem

Mirandum potuit ꝙ vnus olim
Libris Praxiteles reſerre quinq;
Omnis quicquid erat per orbis oras
Vndecunq; operum venuſtiorum.
Mirandum magis et magis ſtupendum
Omnes ꝙ decorant, canuntq; vates
Certatim ſtatuas Corycianas
Mirandum nimium et nimis ſtupendum
Omni ꝙ populo placent figurę
Matronis, pueris, viris, puellis
Nec totum inuenies virum vel vnum
Qui contraria ſentiat, per orbem.
Hinc nullum dubium eſt, nec eſt verendum
Quin vincant ſtatuas vetuſtiores.
Nam quicquid placet omnibus, ſupremum eſt.

Idem

Hoſpes qui ſtupido hec miraris marmora vultu
Quę toto clarum nomen in orbe tenent
Et petis auctorem ſignorum, quis'ue deorum
Tam bene quo pacto, et rettulit ora trium?
Accipe, Corycius tam clari muneris auctor

Extitit, Andreas rettulit at ſuperos
In dubio eſt aliud, nec quiſq; dicere quiuit
Quo pacto diuos tam bene reddiderint.
Aſt anima amborum quando migrabat in artus
Neutram Lethęum credo bibiſſe vadum.

Idem

Nuſquam Pieridum cohors pöetę
Maiori ſtudio deum ſiguras
Laudarunt bone q̄ tuas Iane,
Quas veris ſuperis tribus dicaſti
Omnes quandoquidem putant nefandum
Non cantaſſe tuam hanc dicationem.
Omnes te Coryti canunt pöetę.
Omnes has ſtatuas tuas honorant.
Omnes vnanimi et fatentur ore
Haud primo ſtatuis loco vetuſtis
Ceſſuras, nec eas edax vetuſtas
Abſumet, nec erit fuit nec vnquam
His quicquam celebratius per orbem,
Nec nomen Coryti tuum peribit,
Nec te clarior eſt dicator alter
Hac per ſecla, nec eſt futurus vnquam.

Balthaſſar Caſtilionus. Comes

Laudabunt alij diuum ſpirantia ſigna,
Molliter et pario ductos de marmore vultus,
Corycij, aut clarum tollent ſuper æthera nomen,
Inſignem et virtute animum, magno ore canentes
Vt veras ſuperum effigies ſacrauerit aris,
Vtq; ſui cordis penetralia fecerit aras
Sinceræ pietati, almæ et fidei, ipſe ſacerdos
Integer, innocuus, culpa ſemotus ab omni.
Aſt ego (nam vires noſtris muſa abnuit auſis
Ne poſſim egregias laudes æquare canendo)
Tantum Corycio meritas teſtantia grates
Vota feram nato, et matri, matriſq; parenti,
Vos igitur mecum o pueri, innuptæq; puellæ,
Romanæq; nurus cumulate altaria donis
Suppliciter, flexoq; genu, numenq; rogate
Dextrum Corycio, et flammis date thura fauentes,
Virginis Anna parens, et virgo mater, et ipse
Virgineo matre intacta puer edite partu,
Corycium ſeruate ſenem, ſi recta voluntas
& pietas vobis grata eſt, probitaſq;, pudorq;,
Quod ſi olim coluit qui hortos et rura, ſolebat

Primus vere roſam, atq; autumno carpere poma,
Quę nam digna ſatis dabitis vos pręmia veſtro
Cultori? lętam (annuite) viridemq; ſenectam,
Corycio aſpiret pleno bona copia cornu,
Compleat alma Ceres campos, atq; horrea meſſe,
Et bromius dulci redolentes nectare cellas,
Ipſe autem caris ſemper ſtipatus amicis,
Inter odoratum citrij nemus, inter et hortos,
Suſpiciens ſacras Capitoli in colle ruinas
In medio vatum felices exigat annos.

Petrus Mellinus

Erexit ſuperos dextra, linguaq; Corytus,
Euertit ſuperos ore Manuq; Luther,
O q̃ diuerſos peperit germania mores,
Orta vno pietas, impietasq; loco eſt,
Dij, factis ſi amborum humana parum eſſe videtis
Conſilio, e meritis tollite vtrumq; ſuis.

Petrus Curſius

Dum Coryto ſcalptor tria numina marmore in vno
Effigiat, Dij tres ſeſe operi inſinuant
Quisq; ſuis proprium membris dant ſenſum, animumq;
Hinc homini eſt viuos fas tetigiſſe Deos,

S cilicet ij veri ſuperi, Q uos caſta precantum
A udire e ſurdo marmore vota liquet

Petraſancta

I n Diuam Annam

S i tantum ſpectas artem, ſi mollia ſaxa,
D ices Sanſouius marmora viua facit,
N umina conſpicies Chriſti, Chriſtiq; parentis,
A tq; Annę, ſi tu marmora ſancta colas,
S ed ſi Corycij pietas penſetur in illis
I nter Corycius numina quartus erit.

C. Siluani Germanici in ſtatuas Corycianas
Racematio.

Pauperies inter culmos a meſſe relictas
S ollicita ſpicas colligit ęgra manu.
P inguis et in prędam vindemia linquit egenis
V uas, pampineis quę latuere comis.
O mnia Corycij complerunt horrea laudum
I ngenio vates vberiore ſacri.
S ic ego demeſſos intrabo nouiſſimus agros,
V atibus et claris quę cecidere legam.

Fauſtinus Buturinus Veronen.

Artificis manibus ſpirant hoc marmore in uno
Edita imaginibus corpora terna tribus.
Talis erat virgo facies tibi, talis et Annę
Effigies, tali filius ore fuit.
Contemplata Poli radios induſtria, Mundum
Tranſuolat. & Cœli Lumina mente trahit.

Ludouicus Faber Phanen.

in Corytianas ſtatuas

Tres ſtatuę incertum an ſpirent per Carmina vatum
Vatibus an tres hę, dent animas ſtatuę. (eſt,
Sed quisquis Coryti pietatem admiſerit vnquam,
Dicet Corytius, ſolus vtrunque facit.

Idem

Si Corytus viuet ſuperis, et vatibus iſtis,
Si viuunt ſuperi, vatibus et Coryto,
Si vates Coryto, et ſuperis, mortalibus itur
Ad ſuperos, Coryto vatibus et ſuperis.

Idem

Vt ſuperis reddat pro donis dona receptis
Gratus Corycius tres ſtatuit ſtatuas
Tales Sanſouius quales a corde Coryti

S

Chriſti Annę et Marię ſiuxerat effigies
Tales a Coryto tales ſcalptore, pöetę
Concelebrant graio carmine et auſonio
A Coryto et tales ſimul a ſcalptore pöetis
Dat Vicentinus munere dędaleo.
Ergo quis Luther Corytum neget eſſe beatum
Quattuor his, arte et carmine et arte. deo

Andreas Maro.

Noſtra adeo raros numerent cum tempora vates,
Prodyt hinc ingens vnde repente chorus?
Parnaſſi ne vetus reuocarunt ſomnia monſtrum,
Contigit an noſtris Aſcra quod ante tuis?
Sed quid priſca ſequor Graię miracula gentis?
Non ſubiti indicio cauſa furoris eget,
Maiores videre Deas, Phœbiq; parentem,
Quos cœlo elicuit ceu Numa Corycius.
Hinc vatum numerus, quis enim non iſta tuendo
Numina diuino vel rudis ore canat?

Idem

Inclyta cum Romę tot ſint ſpectacula rerum,
Hinc antiquę vrbis, hinc monumenta nouę

D ic age musa operi cur tantum contigit vni?
Mille argumentum vatibus vnde fuat?
A n meruere minus tria numina, lumina mundi,
Coryty pietas, Sanſouiq; manus?

Idem

A nna parens magnę maturis, materq; parentis
Virgo, pater rerum tuq; ſupreme puer
Sanguinis ordo ingens ingentia numina, per quę
Tot ſeruat homines, tot periere Dei.
N imirum mortale genus ſine fine fouetis,
& ſemel interitu nos rapuiſſe parum eſt.
C um non ætheria piguit de ſede reuerti,
V osq; iterum noſtris reddere luminibus.

¶ Siluanus.

Archetypos Natura ſuit Scalptoribus olim,
N unc ſunt ſcalpotres illius archyetypi.
I lla dedit Gypſum vultus mortalis, at illam
S anſouius docuit ora referre deum,
T alia q̄ nunquam priſci miracula patres
Viderunt, tanto gloria maior adeſt.

Numina, Scalptoris dextram rexiſſe putarem
Illa niſi arcerent crimina noſtra ſolo
Affuit at Coryti genius, docuitq; magiſtrum
Doctius antiquis reddere cœlicolas.
Plus igitur potuit Iani pietas, probitasq;
Quàm Natura poteſt, artificisq; manus.

Idem

Quisquis auet Scalptor diuorum effingere vultus,
& laudes meritas artis habere cupit.
Eligat ille ſui auctorem te Iane laboris,
Aut tibi perquirat (ſiquis erit) ſimilem.
Hoc ni, nequicquam conabitur omnia, magnos
Vincat at ille licet Praxitelem et Phidiam.

Baptiſta Pius Bononienſis

Anna Maria ſtigis puer Induperator, et orbis
Trina vno poſuit marmora Corycius
Anna annos tribuet Pylij tibi regis, Ieſus
Regna poli, Mariæ per mare Tiphys erit
Allectæq; deum muſæ, Charitesq; fauore,
Corycij laudes, et pia facta canent.

Mariangelus Accurſius

Obruta vel ſiluit quam nunc hic ſuſcitat artem.
Vel cœlo primum migrat in artificem.

C. Siluanus

Marmore ſub Pario diuum nudare latentes
Effigies, cœlum cœperat artificis
Bisgemini gemini diuerſum forte vagantes
Adſunt, et maſſam marmoris aſpiciunt,
Dic, geminum alter, erunt iſtæc quę ſigna? Deorum
Ille ait, hic hominum ſigna futura refert
Aſt alij gemini non illud rentur, et alter
Mas erit, atq; alter femina dixit erit.
Mira quidem res hęc nullus mentitus eorum
Bis geminis geminis ſcalptor vtrunq; dedit

Idem

Cum Corytus tria ſigna tribus de marmore diuis
Conderet, et rarum Roma videret opus,
Obſtupuere omnes, et quę poſt longa venire
Tempora conſueuit, Gloria ſepſit opus
Perniciq; gradu ſtatuas pręuertit auorum
& tetigit magno vertice utrunq; polum

Nec mirum, quid non hominumq; deumq; fauore
Creſcit in immenſum? hinc gloria ſumma rei eſt.

Vitalis

Mutarunt pariter ſe ars, et Natura Coryti
Dum tria formaret Numina Sanſouius,
Ars finxit naturam, artem natura refinxit
Effigiem ſubiens altera in alterius,
Sic tantum varie, tantum bene confunduntur
Vt communia dehinc nomina et ora habeant.

Delius Hieronymus Alexandrinus

Quid diſerte adeo ſtupeſcis hoſpes?
Ora ſaxificæ velut Meduſæ
Spectes Corycij videndo diuos?
Qui ut Magnes chalybum trahit metalla
Sic viros reliquos trahuntq; vates
Hos blandis numeris diſertuliſq;
Ad ſeſe celebrandum, et hos videndum
Quid diuerſe adeo ſtupeſcis hoſpes?
Eſt nihil Superis laborioſum.

Idem

Auguſtus tantum meruit ſi nominis olim,
Inſtauraret q; ſqualida templa ſitu

Corycio quid mortales, et numina debent,
Prouocet e cęlo huc, cum pietatę Deos?
Vt uates illi, dent illum vatibus, annos.
Tithoni, humano et bis vigeant generi.

Idem

Quot vigeant hodie ſi quęris in vrbe pöetę
Multos non multo ſcire labore potes.
Quaternis bona pars Coryti eſt incluſa tabellis
Has lege, priſcorum ſed miſeratare vicem
Interea innumeri vates noua carmina ſcribunt
Atq; tibi dabitur Quinta tabella legi.

Vitalis

Arti opus, ars operi vna conceſſere vicißim,
Dum tria Sanſonio numina ſculpta forent,
Addidit et vates labor inclytus, unde pepercit,
Non ſibi Corycius, non ſibi Sanſouius.

Idem

Iam genitus, iam natus eras pater optime Ieſu,
At nunc ut fieres, Corycius ſtatuit.

Idem

Vt Deus has ſtatuas vidit, ſurrexit, et infit
Me elicuit de me quiſnam hominum, atq; deum?

Adelon.

Aſpicis ut viuant ducti de marmore vultus
    & careant ſolo numina facta ſono?
Non dedit his vocem Sanſouius, et ſatis eſſe
    Credidit hęc credi marmora poſſe loqui.

Adelon

Si potes adde animam ſic marmora viua loquentur
    Hoc ſolum artificis non potuere manus.

L. Gabriel Rubimontius.

Ars in Naturam uerſa eſt, Naturáq; in artem
    Tam bene dum fecit numina Sanſouius.

C. Siluanus.

O quoties Coryti ſupplex tua numina adoro,
    Neſcio quid dicam, prorſus et obſtupeo,
Si datur a fatis animis remeare poteſtas
    Humanumq; olim ſumere corpus item,
Deniq; ſi reduces ſtudio exercentur eodem
    Quę tua nunc anima eſt Deucalionis erat

Idem

Mortales terrę duris ex oſſibus olim
    Iuſſu Deucalion reſtituit ſuperum
Ergo mortales debebant omnia diuis

N unc vero debent nil homines Superis
Coryciana vices pietas dijs reddidit, orbi
I llos e pulchro marmore reſtituit.

Io. Franc. Binus

& tua nos etiam, Coryti, pietaſq; fideſq;
Compulerat, noſtro vt meritos tibi carmine honores
A tq; tuis Diuum Statuis caneremus, et Arę.
A t primum mirati artem, et tria marmoris ora,
V iuo vt naturam affectu comitentur, et intus
I nuigilare animam ſibi quęq; oſtentet imago.
N oſtras deſtitimus tenues excire camenas
Tanto operi, ac melius tacito ſub pectore viſum eſt
A mbiguo certum venerari in corpore Numen.
N am dulci dum blanditias facit Anna Nepoti,
D um Maria et natum gremio fouet inclyta virgo,
S olam et ſe tali lętatur prole parentem,
D umq; Puer placidis ijs contra arridet ocellis,
Cœleſti referens vultu pia munera amoris.
A tq; omneis iam iam expectas audire loquentes,
D ij potius Statuis ſimiles, vel Numina Diuum
S unt, q̄ dijs ſimiles Statuę, aut ſimulacra deorum.
N unc autem tot cum monumenta inſignia vatum

T

Hic uideo, has quantum ſtatuas, hęc numina, ade=
Inuicto et quicquid cœlo eſt ſanſouius auſus (quent,
Expreſſum id calamis iterum, pręſtantius extet.
Certe equidem occluſam non tandem emittere vocem
Haud potui, ac tantos non collaudare pöetas,
Teq; ſimul, quamquam noſtrę non indiga laudis,
Gloria nec celebris veſtra eſt, nec plurima virtus.
Fortunate ſenex, quando hęc tibi dona pararunt,
Non auri merces, non famę inſana cupido, (tum,
Non rerum spes ulla hominum. At mens candida tan
Purus at in ſuperos amor, et syncęra voluntas.
Vltima ſed non hęc tibi ſunt ſtata pręmia. Cœlum
Te (poſtq̃ hic longum felix ſuperaueris æuum)
Æternęq; vocat ſolium ſuper aſtra quietis.
Vos ergo, oblectant quibus hęc pręclara verendi
Facta ſenis, vatumq; horum modulamina, mentem,
Huc lauri, huc hederę, interea, atq; albentis oliuę
Sacras cuiq; ſuas, meritasq; afferte coronas,
Et ſenis, ante alios, quę cingunt tempora cani,
Cingite honoratis etiam vos frondibus, Aram
Et florum ſertis redimite, et ſuauibus herbis.
Aurea dein late hęc diffundite carmina, vt omnis

Diſcat ab his, quantum eſt, cultrix veneranda Deo-
Relligio, et bene fida ſuis, et grata miniſtris. (rum
Delius Hier. Alex.

A n eſt opus pium deos ab æthere
R ogo optimosq́ꝫ, maximosq́ꝫ Coryti
T ibi euocari in infima hæc ſedilia?
D eos, fugauit orbe quos malignitas
H omunculorum, et egit in cœli plagas.
P utans nocere, profuit, ſed impia
H abent enim loca, vnde nos facillime
R otare, mutuum queantq́ꝫ reddere,
V elint modo, ſumus ſed his amabiles.
S it ergo cum quod huc eos retraxeris
V ide pius ne dum cupis vocarier
P utere ab illis, et feraris impius.

Idem

Fama eſt Phlegreos cœlum affectaſſe Gigantes
A uſos armata id ſcandere velle manu
A t faſtum exoſi, ſub tartara deycere illos
P recipites gladys, fulminibusq́ꝫ Dei.
D iſplicet impietas Superis, odere ſuperbos,
& faciles illos mens bona ſemper habet

T y

Corycius potuit quod non potuere Gigantes
Cum Superos terris det, petat ipſe polos.

Idem

Ridiculum fuit id, iactos poſt terga lapillos
Quondam hominum extinctum reſtituiſſe genus
Corycio ſed iam cede ambitioſa vetuſtas,
Cede, tuo quę adeo Deucalione tumes
Saxea progenies hominum manauit ab illo.
E ſaxo mites efficit iſte Deos.

Idem in vulgus prophanum

Turbida quę ſacros ſpernis plebecula vates,
Et nugas magnas ſtultitiamq́ vocas,
Diſce vel à Coryti venerari carmina diuis,
Pluſq̃ patronos, cauſidicoſq́ tuos,
Sunt Coryti ſane immortalia numina, et ipſe
Hoc pariter facto clarus ad aſtra venit.
At dicam, ne dum mortalia facta, ſed ipſos
Aeternos faciunt carmina clara Deos,
Templa ruunt, homineſq́ cadunt, monumenta fatiſcunt
Diruta, quę ſolo viuida carmine erunt
Et quamuis minuet Corytum, ſtatuaſq́ ſenectus,
Non habet in vates Parca ſeuera locum.

C. Siluanus

Felix ter Coryti, quaterq; felix
Ter felix iterum, quaterq; felix
Cui partem meriti bonam dedere
Viuo, tres ſuperi tui fruendam,
Nam numen Coryti canit per orbem
Præpes fama, tuba ſonoriore,
Atq; vt perpetuo decus maneret
Tui nominis, addidere fulcra
Omnes vnanimi labore vates.
Atq; vt dicere Iane consüeſti,
Fœcundi in ſterili fuere campo.
Iſtæc ne, ſine numinum fauore
Diuina fieri ve ope extimandum eſt?
At mi non minus hoc nouum videtur
Quod quicunq; Deos tuos adorat
Aut te Iane colit, repente prodit
Vates egregius, velut diſertas
Fontis Pegaſei bibiſſet vndas.

Idem

Præſtiterunt faciles Superi mortalibus aures.
Hactenus, ac lutum et vota tulere homines

Heu quanto deinceps nobis ſudore, merendi,
Heu ſua quàm ſero vota ferent miſeri.
Conuerſa in marmor nam ſunt pia numina, pœnam
Corytus, et Sculptor promeruere parem.

Idem

Numina quę magni capiunt vix atria cœli,
Finxit in anguſto marmore Sanſouius,
Non igitur poſſunt non dici marmora magna,
Cum tantas referant effigies ſuperum.

Idem

An ne tua Coryti mage ſint pietate decori
Hi lapides, an ſint arte magis celebri?
An vatum numeris, an diuum munere clari
Sint magè? perpetuo tempore erit dubium.

Idem

Qui ſpectat Coryti celeberrima marmora, marmor
Eſſe negat, veros eſſe putat Superos.
Nunquid adhuc veterum monimenta inſignia vatum
Somnia dicemus non habitura fidem?
Perfida Mercurius mutauit pectora Batti
In ſaxum, hoc mirum Theſſalis hora ſtupet,

Scilicet hoc mirum eſt, diuos in marmora vertit
Corycius, mirum hoc Martia Roma ſtupet.

Antonius Bizar Senenſis.

Ridet Anus pueri luſus, pia mater adorat.
At puero in digitis paruula geſtit auis
Annę auię, Marię matri, nato, atq; nepoti
Harum aram hanc Corytus, et ſtatuas ſtatuit.

P. Franciſcus Modeſtus

Marmor, et artificis manus eſt quod cernis, ouanti
Ore triplex numen, quod ſuper aſtra ſedet
Hoc dixi, ne viua putes hæc ſigna videri,
Quę facit hoc vero qui aſſimulauit opus.
Iis animam æthereus pater inſpiraſſet, at hæſit
Vtra foret, veritus noſcere vera parens.

Franciſcus Arſillus Senogallienſis.

Lapſum pręcipiti é polo ruina
Ancyle impery decus futurum
Per totam manibus ſacris Lupercus
Saltu inſtans celebri, ferebat vrbem,
Lingua Mamurium vocans frequenti,
Non ingrata viro, Numa fauente,

O ptatum precium dedit, futuram
F amam temporibus nouis vetuſtas,
F ormaſſet clypeos ſuo ꝗ aſtu,
C auta tam ſimiles magiſter arte.
D ico tam ſimiles, vt ipſe ocellus
T am docti artificis nequiret, iſtud
I ſtud non opus eſt meum, quirites
P roferre, et penitus ſuos notare.
V erum tu Coryti Deis benigno
G rates pectore debitas referto,
A uctor ꝙ fueris nouus, piuſq;
I nuenti, egregius faber, ꝙ iſto
V iuit tempore notus, et fidelis,
S culpens marmora mentis ad figuras.
T u pro numinibus tribus dicatis
V no quę lapidi ſimul reuincta
G audent luminibus pijs videri,
& gaudent precibus pijs adeſſe,
C ontentus proprio ære, ſorte, vita,
F ortunę titulos neq; aſſe pendis.
F ortunę facito nihil furorem.
F amam á regibus haud putas petendam.

Nanq; illam ſuperi dabunt perennem
Dum cunctis celebres mouent poëtas
Et latas referant per orbis oras
Nomen carminibus tuum, tuuſq;
Splendor ſidereas volans per auras
Viuet perpetuo, et fruetur æuo.

Horatius Coclius Otriculanus

Eſt lapis an potius vera hæc tria numina? ſi ſunt
Numina, dextra hominis conficit ergo deos?
Si lapis, ergo lapis ridet, colit, aſpicit, audit,
Et lapidi fas eſt dicere ineſſe animam
At rerum patitur minus hoc natura, nec illud
Credibile eſt, quid ni? credere vtrunq; potes.
Ex lapide hos mira finxit Sanſouius arte,
Viuere Coryci ſancta dedit pietas,
O mirum ingenium, pietas ô maxima, vtrunq;
Dicere naturæ prævaluiſſe licet.

C. Siluanus Germanicus

Omnia dijs Coryti pietas tua præſtitit, aramq;,
Et poſuit ſtatuas, ſacraq; certa dedit.
Eſt ſuperis etiam meritis pro talibus, ipſis
Ambiguum, quænam præmia danda tibi,

V

O ſimulacra tibi, meruiſti et ponier aram
V ſq; adeo in terris mira tua eſt pietas.

Idem

T res ſuperos homines tres ornauere, Corytus
S culptorq;, et vates, ære, manu, fidibus.

Idem

Et ſumma ars, ſumma et pietas, ſummiq; pöetę
S umma tribus ſummis dona dedere Deis.

Idem

Corycius vati, et fabro, illi at debet vterq;, hi
T ergemini debent Tergeminis Superis.

Idem

N umina ſunt ſaxum hoc, non ſunt hæc numina ſaxum,
H oc tamen in ſaxo cernere vtrunq; licet,

Idem

Cuiq; parente ſua, pariterq; parente parentis,
S anſouia ſpirat redditus arte Deus

Delius Hier. Alex.

S i poſt fata animis meritorum præmia dantur
E lyſiumq; pijs, ſtatq;, malis Phlegeton,
H æc tibi iam dudum tua numina Iane pararunt
I niq; aula ætheria conſtituere locum.

Credula poſteritas ſacroſq; adoleſcet honores,
& tua tunc inter numina numen eris
Felix quiſq; pio deducens tramite vitam
Hic fama potitur, ſpectat ibiq; Deos.

Idem

Tempore quo huc illuc errabant corpora primum,
Nullus erat toto notus in orbe Deus
Nulle aderant leges, leges erat vna voluntas.
Vnus dux ſenſus, Iuppiter vnus erat.
Aſt vbi digeſſit quiſquis fuit ille Deorum
Hec, et quodq; modum iuſſit habere ſuum,
Credere tunc homines aliquem regnare Tonantem
Quem ſcelera offendant, quem benefacta iuuent,
Numina tunc paſſim terras peragrare videres,
Conuiuas homines atq; habuiſſe Deos.
Nunc eadem rurſus facientes tempora mores
Compulerunt Superos conſuluiſſe fugam;
Eſſe ita ſed mortale genus miſerate, vadaris
Iane tuos tute reſtituiſq; Deos.

Idem

Siue ſis Coryti neceſſitate,
Qua circundatur vndequaq; mundus,

I mpulſus dare numina iſta terris,
S eu quod cælicolas trahitq; fato,
S eu caſu temere omnia agitante,
F elix et pariter neceſſitate,
F elix et pariter trahente fato
B eato et pariter beate caſu,
Q ui ſis tot pariter bonis pöetis,
& Græcis celebratus, et latinis,
O mnes Corycium canunt pöetæ
C ura queis aliqua eſt perennitatis,
F iunt, dum faciunt boni pöetæ,
D um tollunt alios Charonti auaro
T olluntur pariter Charonti auaro,
A tq; præcipue Coryciani
Q ui ſui meliore parte viuent,
N ulla queis poterunt nocere furta,
N on ignes Ioue fulminante miſſi,
N on æuum omnia ſubſecante falce;
A t poſt millia multa cantitabunt
A nnorum redeuntium minores,
A nnam Coryciumq; cum pöetis,
S tupeſcent ſtatuasq; cum pöetis,

Stupeſcent Corytumq́, cum ſabróq́
Noſtra ſecla beata iudicabunt.

Ioannes Macerata

Ergo hominum Coryti tantum valet anxia cura
Vertat vt in magnos frigida ſaxa Deos?

Barptolemæus Simonetta

Quid natum Solyma miramur Virgine Chriſtum
Myſticáq; inſoliti ſacra puerperij?
Nunc noua miremur Chriſti cunabula, ſaxo
Spirantes gaudent Anna, Puer, Genitrix.

Idem

Non eſt artis opus, q̄ non ſimulacra Deorum
Exhibeat, veros ſed lapis iſte Deos.
Corycij meruit pietas, vt qualia cœlo
Mente colit, terris numina conſpiceret.

Idem

Huic Superi ſaxo vitam, Sanſouius artem
Contulit, et Superis Corycius poſuit.
Mira deum vis q̄ viuat lapis, ars quoq; mira
Sculptoris mira, et Corycij pietas.

Antonius Thyleſius

Viribus aggreſſa eſt Superos Titania pubes
  Deycere, et poſitis montibus aſtra ſequi,
Victa tamen cecidit. Superos deducere cœlo
  Sanſouius, ſed non viribus, arte valet.

Idem

Numina quis cœlo deduxit? cui datur imis
  In terris ſuperos ſiſtere poſſe deos?
Sanſouius cœlum qui poſſidet ille, Deorum
  Cum libet in terris numina conſtituit.

Idem

Viua Deum ſpirat facies, in marmore vultus
  Aſpice, non caput hæc, non mouet illa manus?
& mouet, et loquitur, ſed verba audire Deorum
  Non datur humanis auribus, at ſuperis.

C. Siluanus Germanicus

Diuos tergeminos Corycianos
  Compar Phidiacis opus figuris
Quo Tergemini probant, coluntq;
  Affectu Corytus, faber, poëtę.

Idem

Numina cum iuſſu magni acceꝛſita Tonantis,
  Aſtrigeri impleſſent atria pulchra poli
Cœlicolas inter, pietatem, Pallada, Phœbum,
  Lis erat, et litis talis origo fuit.
Alterius ſibi quiſq; loci poſcebat honorem
  In cœlo merito hic alter, et alter auet
Aſſurgens tandem placido concordia vultu
  Mitigat et verbis æmula corda pijs
Parcite diſſidy noſtris inducere crimen
  Cœtibus, vnanimes pax decet ipsa Deos,
Cuiq; ſuum ingenium blanditur, at æqua poteſtas
  Omnibus eſt ſuperis, et ſine fine manet.
Sin certare animus, laudemq; parare labore
  Ducitis, et vires quiſq; probare ſuas.
Qui vos mortales coluerunt pectore toto,
  Pro vobis certent quiſq; ſuo Genio
Præmia qui ſuperet ſunto hæc (manibusq; coronam
  Suſtulit) et ſummus á Ioue detur honos,
Dicta placent, vates legit ſibi Phœbus Apollo,
  Sanſouium Pallas, Corycium pietas.
Extemplo Corytus ſtatuas ſimulare tribus dijs

I uſſit, Sanſouius iuſſa peracta dedit,
S anſonium, Corytumq; nouo modulamine vates
  & ſtatuas celebrant vberiore chely
H uius erat rixę index Aſtręa, Coronam
  C ui dederit diuum diſcit ab arte virum,
V incitis æque omnes ait, et ſimul ingerit aſtris
  P ræmia, qua tardus plauſtra agit Arctophylax
Q uodq; deos inter litem, Mauortis in vrbe
  S edarunt vates, Sanſouius, Corytus.
B is quater Odryſy menſis numerantur vt eidus,
  I lla micat ſtellis conſpicienda nouem.

Idem

Unde hæc? Corycij fama creſcente figuris,
  C reſcat vt ipſa ſimul forma decorq; Deum.
O mnia laus tangit, volucris Saturnia pennas
  Explicat, ad laudes ambitioſa ſuas.
M ortales pariter laudis capiuntur amore,
  I ncitat hæc ſegnes vilia corda viros.
C ur ego tam celebri ſuperos non laude putarim
  G eſtire, et ſtatuis accumulare decus?
Q uandoquidem maius nequeat dijs munus honore
  P ręſtari in terris, dum bona mens aderit.

Forſitan et Niobes fuerat hoc marmor imago
Quo viuunt vates, Sanſouius, Corytus.
Vt quę contemptrix fuit audaciſſima diuum,
Saxea, quos ſpreuit, nunc agat illa Deos
Equid non ſperem fieri? contrario ab vno
Si ars contrarium agit, ſi ſimile ē ſimili

Idem

Materiam, formam, mentem, dat, ſufficit, addit,
Corytus, Auctor, Apollo, ingenio, arte, lyra.

Idem

Mirer Sanſouium artem qui iam vicerit arte
An ne ego Corycium, qui pietatem animo?
Signa hæc miremur, quibus ille expreſſerit artem,
Hic animi dotes cum pietate ſimul

Idem

Non minus ó Coryti ꝙ Sanſouinus habes tu
Laudis, qui Superis has ſtatuas ſimiles
Perfecit, ſi tu poſuiſti numina cum illis
Quę in cœlo aut vnà in hiſce habitant ſtatuis.

Idem

Hic certa ars ipſa eſt naturam imitata, vel ipſa
Natura artem, aut has Sanſouius, vel cum hę

S e faber, ars ſe, natura et ſe vincere dum vult,
  V icit Corycius hos pietate ſua.

Idem

N eſcio vel mentem ſuperet labor ipſe, vel ipſa
  M ateria à mentis ſit ſuperata habitu.
I lla dedit cauſam, cauſam dedit altera, vtræq;
  Finxerunt propria numina terna manu
I lla dedit primum effectum, dedit altra formam
  H inc mens mira fuit, miráq; materia.
A dſe Sanſouius decus attulit omne, poliuit
  N umina dum veris æmula numinibus
V erum omnes Corytus ſuperat, qui mentem, habit(umq;
  M ateriam effectum, cauſa anima vna animat.

Idem

N atura ingenium maius, Sanſouius ipſo
  I ngenio, maior Sanſouio eſt Corytus
Compoſuit marmor natura, unde arte magiſtra
  L euia formauit Numina Sanſouius
V iuere Corycius fecit formata loquiq;
  M ente bona, ore pio, corde animoq; pari
Corycio cedant igitur iure omnia, cedat
  N atura ingenium Sanſouiusq; ſimul.

Facius Polydorus Pauonius

Numina furatus cœlo nouus iſte Prometheus
Uno animat ſaxi corpore treis ſuperos.

Antonius Nerlius

Mens Coryti, manus artificis, uatum ingenium, auro
Hoc ſtruit, arte polit, carmine laudat opus.

C. Siluanus Germanicus

Crimina compulerant, homines abolere, tonantem,
Deucalion merſos reddidit aſt homines.
Crimina compulerant ſuperos decedere terra,
Corycius profugos reſtituit ſuperos,
Utraq; damna uir é ſaxo reparauit vterq;
Debent illi homines, Corytio superi.

Idem

Numina dum ſemet ſimulata in marmore ſpectant,
Eſſe ſuos vultus neſcia forſan adhuc.
Accedunt pariter propius, placet vsq; beatum
Corycij munus, artificisq; manus,

Ut vultus hos eſſe ſuos didicere, viciſſim
Effigies proprias marmor habere probant
Lumina cum ſatiaſſet opus, mirata profantur,
Quis putet humanas hoc potuiſſe manus?
Nos homines nobis ſimiles produximus olim
Aſſimulant nobis marmora nunc homines
Quod ſi vocales valuiſſent fingere, quis non
Crederet et magnos progenuiſſe Deos?

Huldericus Huttenus Eques Germanus

Certum eſt Corycii patris Sacellum,
Quod fecere alii prius poëtę,
Non libo colere, aut mola recenti,
Nec cæſo boue, victima cruenta,
Sed verſu ingenioq́ꝫ, qualecunqꝫ eſt,
Da mi muſa aliquid nouum, dediſti
Quod non his alijs prius poëtis,
Conſumpta eſt ait, ut nihil ſuperſit.
Omnis copia tot prius poëtis,
Iuuat me tamen, et iuuabit vsqꝫ,
Quæ ſors cunqꝫ feretur, experiri
Quiddam ad Corytij patris ſacellum.

Idem

Coryciana pios venerari ſacra poëtas
A tq; ea carminibus ſemper adire nouis
Urbe aliquis tota, defectas vatibus aras
Dum videt, afficitur, in dubiumq; vocat.
Quis locat hæc, vatum pater eſt, ſibi propria vates
Deſine mirari, templa locata colunt.

Idem

Propitius quondam Cretæis Iuppiter oris,
Propitius fertur ſol habitaſſe Rhodi,
Pallas Athenæas præſens reſpexit ad aras,
Mænalio ſtatuit Pan ſua ſacra iugo.
Tænaros æquoreo tura acceptiſſima regi,
Fert Iuno altrici vota precesq; Samo,
Dilexere pios Phœbeia numina Delphos,
Syrtica Cornigero ſumat harena Ioui.
Præcipue Maia genitum Cyllenia placant
Templa, Venus Paphia gaudet in vrbe coli.
Amphitryoniaden propriè mouet vltima Gadis,
Vulcanoq; magis Lemnia ſacra litant.
Falſis iſta Deis, cultu meliore dicata eſt
Ara ſalutifero Corytiana Deo.

Hic natum, matremq; roges, auiamq; licebit,
Non falſos vera relligione deos.

Idem

Quot ſe vere nouo diffundunt gramina campis,
Et quot tunc paſim floribus albet humus,
Monte hybla quot aluntur apes, quot acerba pruinas
Spargit hyems, quot habet ſidera vterq; Polus,
Quot grauis Autumnus dulces vindemiat vuas,
Sicca quot in libycis grana leguntur agris,
Quot folijs vaga ſilua uiret, quot ſidus inundat,
Pleiadum guttis, quot fouet Ida feras
Quotq; in Atho lepores, quot in alto gurgite piſces
Quot patula volucres aura animantur aues,
Non bene quis numerat, ſed non numerare facultas
Corycy verſus quot gerat ara patris.

Eiuſdem Votum

Orbe pererrato, terra omnia paſſus, et undis
Nunc etiam raptum peſte agitante pedem.
Corycij pietate noua deuoluar ad aram,
Hac auia, hac mater, hac tibi nate prece,
Da morbum ceſſare pedis, da robur ademptum,
Sic nunq̃ his deſint ceraq; tusq; foris.

Ianus Damianus Senenſis.

Sanſouio Natura dolet ſuperata magiſtro,
Dum trinum ex vno marmore ſpectat opus
Sic mirata artus ſcrutatur numina credit,
Ora, manus, faciem, brachia, labra, pedes,
& tandem lacrymis victa hæc affatur abortis
Mortali heu vincor, nil iuuat eſſe Deam.

Hieronymus ferrarius Serianus.

Has voto ſtatuas bonus dicauit
Matri Corycius Deorum, et Annæ.
Si quis nunc faciles Deas precetur,
Verum ſentiet his ineſſe numen.

Idem

Cælicolas veris imitantia ſaxa figuris
Nomine ab auctoris Coryciana uides,
Inuidioſa ipſi cum ſint hæc marmora cœlo,
Quid non mortalis fingere dextra poteſt?
Cantaber extollit, Celta hæc, flauiq́ Sycambri,
& noua ſunt oculis picta Agathyrſe tuis,
Nunc quoq́ ſi extremo Romam petat indus ab orbe,
Digna cani ſolum Coryciana putet.

Gregorius Angelus Germanus

Diuitijs felix, et opum felicior vſu,
Corycius felix carmine, et arte viri.
Indicat euentus, quiſnam felicior illo?
Munere, diuitijs, carmine, et arte viri

Idem

Dicite Pierides quando ſimulacra canendi
Finis erit Coryti, dicite Pierides
Nullus finis erit, ſed quænam cauſa canendi
Continuo ſtudio Corycij ſtatuas?
Vos ſimulacra Deum, cœlum vos allicit, artis
Exactę, et Coryti relligionis amor
Plus tamen arte viri, pluſq̃ ſimulacra Deorum
Vos Coryti mouit relligionis amor.

Idem

Dum mecum reputo vices caducas,
Fortunę, et ſtudium ſimul virorum,
Videris Coryti mihi beatus
Quod te non nimium, et minus, minuſq;
Sortis flatibus exhibes ferendum.
Prudens das operam perennitati.
Eodem ſtudio Deos amicas,

Eodem ſtudio ſacros poëtas
Deuincis, pariter neciſq; hiatum
Eodem ſtudio effugis, quid vltra?
Videris Coryti nimis beatus.

Lucius Salimbenus

Hæc quę viua putant homines de marmore ſigna,
Corycius poſuit vir pius ære ſuo.
Dote miniſterium ſtatuit, maiora daturus
Cum poterit, poterit cui deus ipſe fauet.

Idem

Qui arte alios lapides forma et ſuperare videtur,
Hunc, etiam magnum numen habere puto.
Funde preces igitur noſtro pia turba ſacello
Si fieri voti compos honeſta cupis.

Idem

Praxiteli, Phidię, Lyſippo, auidoq; Myroni,
Cælaſſe ęternum eſt corpora viua decus.
At tibi Corycij ſtatuis mira arte Sauine
Inſinuaſſe animam Gloria maior erit.

Idem

Saxa licet natura loqui ſignata repugnet,
Hæc tamen affectu verba mouere puto,

Si penitus verborum uſus natura negauit
 Mille poëtarum vocibus alta ſonant.

Petrus Andreas Sanctuccius Fidentiolanus.

Phidiacus ſolo quatiens Deus æthera nutu.
 Indicat Archetypon carmen Homere tuum
Indice ſed nullo Sauinus Sculptor, et auctor,
 Corycius, magnos treis poſuere Deos. (ſtus
Vno qui ut ſpirent tres, mirum, in marmore, Chri=
 Atq; Auia, et Mariæ, nata, nepos, auia.
Hæc ego ceruleo conuecta per æthera nimbo,
 Vt ſpectarentur numina crediderim.

Franciſcus Coptius Narnienſis.

Certatim hæc ſummo cum vellent numina cælo
 Præmia Corycio reddere grata tibi,
Ætherias illis uiſum promittere ſedes,
 Quo nullum ſuperi munere maius habent.
Fluxa dedit tua dextra deis, æterna rependent,
 Tu terrena, poli maxima regna dabunt.
Nec mirum, donis quis ſecum certet? Olympum
 Eſt dare Cælicolum, terrea dona virum.

Idem

Sunt duo qui meritis certant, virtute propinqui,
Alter enim finxit, repperit alter opus,
Hunc pietas, hunc cana fides, hunc plurima virtus,
Eximium in terris numen habere iubent
Alter marmorea decorauit imagine Romam,
Et faciem poſuit numinis alma tui;
Hac ſi Pellæus frueretur luce tyrannus,
Non ſua Lyſippo tradita cura foret,
Nec ſacra clauigeri toties laudata fuiſſet
Forma Dei, volitans ſæpe per ora ducum
Te reges, te Virgo, duces, te totus adiſſet
Orbis, ut egregium iure uideret opus.
Ambo merent igitur coniungi laude, tuetur
Corycium pietas, Sanſouiniq; labor.

P. Iani Hadelij Saxonis, In ſtatuas
Corycianas, Elogium

Me quoq; me capiunt iſtis ſimulacra figuris,
Iſtaq; Pierides excitat Ara meas.
Hanc quicunq; videt, diuinos protinus ignes
Pectore, non humiles concipit ore modos.

Non eſt cur duplici ſurgentem vertice montem,
  Non eſt virgineum cur Helicona petas.
Nam ſe ſpectanteis facit hoc altare pöetas,
  Quaſq; canant pleno fonte miniſtrat opes
Non eſt quod factis ſtudeas affingere rebus,
  Maximus eſt ſiquis ſcribere vera poteſt.
Heic nihil eſt, ſi forte velis, quod fingere poſſis,
  Maior commento res erit iſta tuo.
Credo ego Sanſouium, ſtatuas formaret ut iſtas,
  E' cœlo magnos elicuiſſe Deos.
Talia ſunt certe, quid enim manifeſta tacerem?
  Aut ſunt in toto numina nulla polo.
Tam bene ſub pueri ludentis imagine Chriſtum,
  Tam bene cum tenera Virgine fecit anum.
Filiolum Maria, viſum ſtupet Anna nepotem,
  Hæc Auiæ vultus, ille parentis habet.
O felix marmor, cœlóq; capacius ipſo,
  Quod capit immenſos, numina uera, deos.
Filius Iapeti glebas animaſſe recentes
  Fertur, et humanum ſic reperiſſe genus.
At treis Sanſouius facientes omnia diuos,
  E' pario uiuum marmore fecit opus,

Mamurius rigido quia ſcuta parauit in ære,
N unc quoq; quod petijt carmine nomen habet.
A t plus Sanſouius meruit, plus ergo recepit,
I nter quos ſculpſit creditur eſſe Deos.
I am quid Corycio debent hæc numina noſtro?
C uius habent iſtum munere ſculpta locum.
Nempe ſalutarem terra facilemq; ſenectam,
F elices cælo perpetuoſq; dies.
D emeruit, manes etiam pietate profundos,
N on tantum ſuperos obligat ille Deos.
Q uod ſupereſt fractis longa ex ætate ſepulchris.
C olligit, inq; hortos collocat omne ſuos.
C um baſe, cum titulo, ſiquam modo viderit vrnam,
Ponit in electis ordine quamq; locis.
E ruta flaminiæ, ſunt eruta multa latinæ,
L ectaq; ſunt vni tot monumenta viro.
F ractaq; tot veterum, totq; integra ſigna virorum
I n ſua conſpicuas atria uexit opes.
V t quid Roma fuit, quantiſq; euerſa ruinis,
P ræ ſe Corycij uel domus vna ferat.
V os animæ feſtas nunc exercete choreas,
C arminaq; alternis dicite læta modis.

Corytius veteres uobis inſtaurat honores
& rapit e' ſeris nomina ueſtra rogis
Iam nihil eſt, ſi uos Minos cum fratribus omneis
Sic amat, ad ſtygias quod timeatis aquas.

Eiusdem, in easdem.

Argolico patrios Aeneas igne penates,
& rapuit tardum promptior ipſe patrem.
Corycius dignam ſtatuit cœleſtibus aram,
Lucéq; defunctis lumina reddit Auis.
Dic mihi dic lector, non res interrogo vanas
Num magis ex iſtis hic ſit, an ille pius?

Eiusdem.

Relligione noua virtutem iungere priſcam
Corycius dum vult, illud et illud habet.

Eiusdem.

Treis, ſi materiam, treis, ſi reſpexeris artem,
Vnica cœleſteis ſex habet Ara Deos.
Materies, Auiamq; Dei, Matremq;, Deumq;,
Treis Veneri gratas continet Ars Comites.

Fabius Vigil.

Tandem Iane, oculis aufer Miracula Diuum,
Nam decet Arcanis ſacra latere locis.

N i facis , Accurent vario tot ab orbe Pöetæ ,
Quot Perſarum iniere Agmina thermopylas .
N ec tibi , Quot Scitas Populo ſtatuere Quiritum
B iſſenæ ad verſus ſat fuerint tabulæ. (candi
V erum vt ſcripta feras , Quis menſæ erit ordo , vo=
Quæ Ratio , extructos cum dabit Anna Toros ?
S i Mehercle Alma Ceres , et Bisgenitus Lenæus,
H orrea Toti ierint in tua , Parcus eris . (nat,
N ec fuerit , Quicquid veſcum , graditur , volat, aut
N ec Quibus Accumbant , Quintia Prata , ſatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HYMNI.

Franc. Franchinus Conſentinus.

Effigies, vultuſq; Deum de marmore vidi,
Tergeminos vir culte, tibi quos ante repertos
Sanſouia eſt experta manus, ſtatuitq; per artem.
Vidi, altumq; decus pulchra ſub imagine ſeruant,
Et laudum tibi magna tenent monimenta, perennes
Dum pater in pontum Tiberinus deuehet vndas,
Stabit dumq; lapis Tarpeius, maxima ſemper
Relligionis erunt ſigna, et pietatis honores.
An forte in ſaxo veras imitante figuras
Infanti aridet Latona, Auroráq; Phœbo?
Num Venus, et nudus puer, exultatq; Dione?
Nugę abeant, non ops, non Veſta, et veiouis, en hic
Eſt lapis, effinxit quondam quę Gręcia mendax.
Ecce hoſpes natę in gremio quantum Anna nepoti
Leniter arridet, geſtit puero Anna nepoti,
Qui mare, qui terras, quiq; ęthera, nubila, cœlum,
Condidit, et forma perfecta condidit orbem,
Natus et ipſe Deo quum ſit cum patre, nec unquam

BIBL. NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

S it ſine prole pater immenſo numine iunctus ,
O mnia de nihilo diuina mente creauit .
H inc ſalso commixta mari iacet arida tellus ,
S uſtinet hinc terram aer , aera contegit ignis ,
Æ theráq; ardentem, et ſupereminet omnia cœlum .
I nq; vicem hinc luces cedunt cum lege tenebris .
& ſibi perficiunt quę tempora quatuor annum
V er, æſtas, autumnus, hyems, æqualia nunquam .
V nde fluunt tot aquę dulces, tot habemus et vnde
V ndiq; grata focis ſiluarum robora noſtris ?
V nde homini victus, pecoriq; alimenta quotannis,
A rborei fœtus, fruges et gramina Campi ?
N atus in hoc equidem poſſum lætarier æuo ,
L uce fruor, non ut ueteres caligine captus .
A n chaos, aut ignis, uel aqua, aut exordia mundi
S int atomi conor, genios nec adoro profanos ,
I pſe tyrannorum nec pono altaribus ignes .
I nſtituit primus qui iam à mortalibus ipſos
M ortales pietate coli, num forſan amicus
I lle fuit Saturne tibi, an tibi Iupiter ille ?
Q uem ſpectas gratare Deo mortalis in horas ,
& ſi cuncta colit, ſunt ipſo et ſi omnia plena .

H ic genus innumerum ſparſit per inane volantum,
A gminibus donauit humum pecudumq; ferarumq;
& mare tot varijs vulgo mirabile monſtris.
A ddidit his hominem, dominus qui forte praeeſſet
O mnibus, aerijs, terrę, atq; animalibus vndę,
I lli animum mentemq; altam dedit, et ſibi fecit
P erſimilem, prę alijs hominem ſic cœpit amori.
S alue rerum opifex, o rex hominumq; Deumq;
O mnipotens ſalue, ſalue fabricator Olympi.
Q uis canat haſúe manus ut denis orbibus illum
F ecerit, et varijs ut iuſſerit ire per annum
M otibus, ut primus reliquos ſic duceret orbes,
H ic ut fixa, utq; illi errantia ſidera haberent:
Q uis referat quales úe vię ſolisúe labores,
& vaga nocturnę quę ſint diſpendia Lunę?
S igniferiq; poli queis legibus aſtra mouentur?
O mnia digna Deo, tibi non Aſcrę camœnis
Q uamuis et ſceptro fueris donatus, et ore,
C redidero, cœlum é terra, pontumq; creatum,
N ec feciſſe chaos terram, noctemq;, nec inde
F actos nocte dies, atq; æthera coniunge mixto.
I pſe deus nobis nubem Deus abſtulit atram,

N on paſſus populos per tot magis ire tenebras ,
Decreuit dubię ſemet oſtendere genti ,
V t ſcirent ipſumq; oculis et mente viderent .
S iderea natum cœli demiſit ab arce
D ię vtero Marię ,tanto vni pondere dignę ,
V naq; ad id totum fuit hæc electa per orbem .
E cce Deum peperit nata eius Virgo perennis ,
I amq; Dei fuit hæc genitrix,et filia cælebs ,
F ilia,principio dominus quam fecerit vllum
I am concepta prius,prior omni tempore virgo .
A nte grauis ꝙ terra foret librata per axem ,
Flumina ꝙ fluerent,ꝙ flarent flamina terris ;
Q uam mare diſpoſito tenuiſſet littore fines .
& lucem daret aula poli ,ſtellasq; teneret ,
A ttamen Anna graui nuper demiſerat aluo ,
N utrieratq; ſuis ipſam de more papillis ,
M embra beata,ſinus,mammę,pectusq; beatum ;
V sq; beata parens,quę iam edidit vnde creandus
I pſe foret mundi pater,ut mortalis,et auctor ,
C uncta quidem prudens hæc nouit mente profunda
Corycius,ſolet utq; auia arridere nepoti ,
I llius et mater,ſic vno in marmore geſtus

S unt Annę et Marię in puerum ceu cernis Ieſum
V irgo ſedet, ſedet Anna ſinu genitricis in imo
E ſt puer, huic natę læua de parte iocatur
D ulcis anus, læua plantas dum ſuſcitat apte
D extra dumq; manu impoſita per virginis armos
E ripere oſtendit uiuam cum fraude volucrem,
I lle cauet, perſtringit auem, tum forte repugnat,
V irgo reſultantem moderatis continet vlnis,
C uncta tuens, grauitate tamen ſubridet vtriq;,
& tantum ſi ſcire licet plus pectore in imo
G audet, cum genito coram luſiſſe parentem.
S alue ſola Dei genitrix, o filia nati
V nica tu ſalue, ſalue decus addita cœlo.
Laude tamen nunc es quantum heros optime dignus?
A nte alios eſt digna tui q̃ gloria facti?
G ratulor ipſe tibi qui talia dona tuliſti
G rata Deo, poſuiſti etiam qui altaria, et aurum,
& thura in tales pario de marmore vultus.
I am tibi quodq; petis Deus annuet, omnia voto
F undet digna tuo, longæui temporis annos
P roducet, faciet felicia tempora vitę.
& cum naturę tandem conceſſeris, ipſe

O mnipotens medium, æterna ſe condet in aula,
I llic pro meritis cantuq; et odore frueris,
T anta tuens tu tecta Dei, ſedeſq; beatas:

Lilij Gregorij Gyraldi Ferrarien: in Diuam
Annam Coricij Hymnus.

E rgo unus te diua meo ſine carmine mittam,
S im licet exiguus vates, fruſtraq; poetis
I mmiſtus, Thiaſos tentarim inducere Muſis?
T u mihi diua parens animos, et pectora preſta,
S i te Corycius pario de marmore, ſi te,
S i natam intactam poſuit, magnumq; Nepotem,
I lle etenim magno ueſtri perculſus amore,
E rexit delubra, tuo de nomine dicta.
S tas primum complexa ambos, natamq;, nepotemq;,
I nq; ſinu repit teneriſq; amplectitur vlnis
V os puer, ætherius puer, ęterniq; parentis
P rogenies æterna, et nulli obnoxia culpę,
Q uæ tamen humanam luit, et ſcelus omne piauit
V nde tibi merito ſoluerunt ora poetę,
Et laudes cecinere tuas, preclaraq; vitę
M unia, et acta tibi caſte incunabula, molles

Non inter luxus, vanis non dedita curis,
Sed templis aſſueta frequens, precibusq; tonantem
Supplicibus oneras veſtales inter amatas;
Vt coniuncta viro veneris deſpexeris ignes,
Cœlibe coniugio longos ut duxeris annos;
Vt te confectam ſuprema ætate, Tonantis
Prodiderit ſummo demiſſus ab æthere; caſtam
Eſſe Dei matrem parituram, Nuncius ales.
Tu proprias partiris opes, pars tertia templis
Eſt inſtaurandis data, pars data tertia egenis,
Tertia pars vobis, miſerę q; alimenta ſenectę.
Per te confecti curis, morboq; ſalutem
Accipiunt, per te laniati corpore toto.
Quot per te falſo damnati crimine mortis,
Quot varijs terrę, pelagiq; erroribus acti,
Atq; hominum inſidijs ſeruati? tu o bona mater,
Nunc, o nunc dubijs tantum ne defice rebus
Italię; videas quo ſint diſcrimine regna.
Auſonius quantis iactetur fluctibus orbis,
Nunc age ſiqua via eſt, ſi quam tibi nata, nepoſq;
Oſtendunt, neq; enim fruſtra tibi numina tanta,
Nec pater omnipotens veſtro de ſemine natus.

Da pacem potius, et magni Cæſaris arma,
Gallorumq; truces animos, in Barbara vertas
Sceptra Ducum, genteſq; feras, hoc maximus optat
Hoc leo, mortiferum cui cura auertere bellum,
& pacem præferre orbi, tu diua Leonem
Reſpice iactatum tanto ſub pondere rerum,
Reſpice, compoſitis regum ut diſcordibus armis,
Conueniant proni, et pedibus dent oſcula ſacris.
Hæc ego Corycij dum ſpecto forte ſacellum,
Innumerumq; lego vacuus pia carmina vatum,
Anna tuo mirum incenſus meditabar amore,
Nam quem non moueat tantæ pietatis imago?

Jani Vitalis Panhormitani in diuam
Annam Corycy Hymnus.

Mene igitur diuum genitrix ex agmine tanto
Vatum auguſtorum, quos noſtra exuſcitat ætas,
Eligis auctorem laudum Regina tuarum?
Pondera non poterunt humeri tua ferre, ſubibo
Attonitus, quando ora tenes, et pectus anhelum
Intumuit, numenq; tuum diffunditur imo
Corde tenus, ſubitoq; accendit menbra furore,

Exercens vatem memorem patriæq; lariſq;,
Dedidici mortale loqui, mens concita nutat,
Præſcia q̃ tenues nequeant ſubſiſtere vires.
Sed tua, nunc fateor, quædam diuina voluptas,
Præpetibus pennis, Zephyriſq; iuuantibus, alta
Remigium alarum, quibus aduolem ad aſtra parauit,
Vnde tibi genus immenſum, genus immortale,
Ante homines omnes, ante omnia ſęcla ferarum
Fulſit, ut æternum toto dominetur olympo. (pus,
Vnde Deum ſator atq; hominum, ſine corpore cor
Dat ſuperis pia iura pijs, almiſq; elementis
Imperat, et rebus reparat res omnibus omnes.
Dum tamen in tanto dicendi puluere uerſor,
Non ego vana tuis amplecti laudibus opto
Ventoſus, quid flabra tonent, vnde aſpera ponti
Horret hyems, quid inane in rebus, an aſtra ſua ui
Humorem eliciant ex omnibus amnibus in ſe,
Vanum argumentum, illaudatáq; cœpta pöetis.
Te tantum toto ore cano, prænuncia cordis
E loquitur te lingua, tuas tibi ponimus aras,
Ex tenebris tantis tam clarum educere lumen
Quæ potuiſti olim, cœliq; ingentis opacas

P rompta aperire fores, ſtirpemq; fouere deorum.
E ſte procul quos ambitio, quos durus habendi
Raptat amor, quos ſollicitant cæca agmina amorum
D um fœcunda parens Nymphę omnipotentis ad
S olennes canitur, ſancto dum concitus æſtro (aras
C orycius feſta velat pia limina fronde,
P ancheiſq; ſacros diffundit odoribus ignes,
C edant turrigerę delubra prophana Cybelles,
I nſanis infecta furoribus, impia cedant,
D ictynnę ſimulacra cruenta, et ſiqua vetuſtas
F inxit, plura modis fallacia numina miris.
M aius lumen enim exoritur felicibus aſtris;
Lumen syncerum et diuinum, cuius ab arce
E greditur Sol auricomus, Sol aureus aurea
E ffuſus luce, et ceruice micante coruſcans; (ſunt
Q uando igitur mundi iubar, vnde immenſa capeſ=
L umina ſtellarum fulgentia corpora, et vnde
L abuntur vultu fata intemerata benigno,
E ffulget radiante coma, et rutilantibus aſtris.
N am quid te ſileam? quid te ſine nomine linquam?
I nq; ſalutatam venientibus inclyta ſęclis
A nna? quid interea ſenſus torpetis inanes?

O mnia (ſiqua dies laudum monumenta recondit)
P andite, continuoq; meis annectite verbis
Q uandoquidem hinc rerum ſumma, hinc vnde omnia
H inc cœli terræq; vná delabitur auctor. (pendent
F ortunata parens tu non fœcunda, nec herbis
C arminibusúe vllis, sancta tu numinis aura
A fflata, et mentis diuinę imbuta calore,
R eginam paris aſtrorum, quę concita matris
N umine, perpetuum virgo; æternumq; deorum.
R egem perpetuum, æternumq; in viſcera ſumpſit
D ia ſua, et nulla rupta compage pudoris
I ngentem peperit diuum, genitorem, hominumq;.
F elix prole parens tali, felicia quæ te
T empora, felices qui te genuere parentes.
V t rerum per te pereant mendacia mille,
P er te vera canant diuina volumina patrum,
P er te fatidicę cecinere, vno ore Sibyllę. (ni
E cce Deus, Deus ecce Deus, procul eſte propha
N aſcitur en Deus omnipotens, date lilia templis,
T ura pij date larga focis, violaſq; per aras
F undite, virginei præclarum inſigne pudoris.
Salue, o ſalue iterum Dea maxima, magna deorum

M agnorum ſtirps digna aris, quas rite dicamus
D iua tibi, atq; aſtris quæ te æqua luce coronant,
T u regimen rerum, atq; in te inclinata recumbit
Spes hominum, tu firma animantum in rebus egenis
Fundamenta iacis, de te pleno ore locuti
V ates veridici, per te quodcunq; benignum
N aſcitur, à te omnis ſuccedit gratia rebus,
T e genus egregium, domus et te regibus alta
P rotulit ingentem, tu vitam degere caſtam,
T u noſti ſeruare modum, pro te anxia vatum
P lectra ſonant diuinum, et magnum, ſidera tecum
I mmenſo ſplendore micant, radijsq; fecundis
A ſpiciunt mortale genus, ſeruantq;, fouentq;
T u tamen interea Dea ſi tibi pectoris omnes,
N uminibusq; tuis aditus ſedesq; recluſi;
S olennes ſi rite tuas tibi dedicat aras
C orycius pater, et ſacros inſtaurat honores,
S i pius è ſolido poſuit tibi marmore ſacrum,
E ffigiemq; tuam, et natæ, paruiq; nepotis
E rexit, vatumq; Chorum ad tua ſacra vocauit,
V sq; adeo bona mens potuit ſibi conſcia recti,
F elicem da poſſe ſenem tua feſta quotannis

Concelebrare diu, téque ad tua ſacra vocare,
Palladis æterna præcinctum tempora fronde.

Alberti Ciſtarelli in diuam Annam
Corycij, Hymnus.

Mater magna, potens nata, paruoque Nepote,
Ætherias arces, atque aurea limina mundi
Quæ colis, et ſuperis conceſſa ſedilia diuis;
Atriáque ampla Deum, Cybelæ non nota furenti,
Non Phrygijs nuribus, ceu Dindyma ubi impia, men
Terrificant hominum ſanas, mutantque trahuntque (tes
Vis dominæ turritæ, immaniáque ora Leonum,
Ora Cleonæo monſtro grauiora, neque ulli
Conſpicienda impune, malo non abſque furore.
Tu Dea, tu contra, fas ſit componere magna
Paruis, fas lucem tenebris, et ſancta profanis,
Aſpicis ex alto ſi noſtri in luminis oras
Auxilium latura pijs, tu flamine amoris
Diuini virtutem animis, iuſtúmque, piúmque
Ingeris, hos fida, donec ſtatione reponas,
Cuius ſi meritas quis tentet dicere laudes,
Ille etiam libyæ multæ ut turbentur harenæ

Littoribus, quoties ſoluuntur vincula ventis
Connumerare velit, conuexum hi marmore cœlum
Implent horribili, ſyrteſq; et inhoſpita verrunt
Æquora, puluereo (dictu mirabile) nymbo,
Fluctuat omnis ager, pontum mentitur harena.
Pauca tamen referram priſcæ veſtigia laudis
Quæ ſeruare ſeni lectum pia cura marito,
Quæ fuerint menti inuictæ connubia, quanti
Iura maritalis nexus, quæ ſæpe ſolebas
(Quando diuitijs ſunt omnibus anteferenda)
Matribus illa eadem, ut facerent, proponere Idumes
Nec reticebo graui ſi quos conſpexerat olim
Pauperie exhauſtos, horum ut miſerata labores
Grandia munifica profudit munera dextra,
Quam recti, iuſtiq; tenax, pietate verendam
Inſigni, ſolam te adeo tua ſecula norant,
Propterea omnipotens hominum ſator atq; deorum
Idem te tali eſt dignatus virgine nata,
Qualem nulla prius uiderunt tempora, nec mox
Secla vnq; luſtris labentibus vlla videbunt;
Cuius virgineo ex vtero (monimenta ſalutis
Prima hominum) ſuperæ moderator maximus aulæ

P rodijt, ætherios orbes terraſq; patentes
Q ui certis regit imperijs, nutúq; gubernat
C uncta ſuo, atq; eadem longum traducit in æuum
O, nimium felix, o terq; quaterq; beata
V iſcera anus, uere Anna dei iuſtiſſima cura,
Quæ gremio auratæ chlamydis, duo lumina cæli
S uſcipis, æternum natum, matremq; minorem.
E ffice præſentes miſeris mortalibus, vnà
V irtutem ſectari, et opes dent temnere, patrumq;
A mbitus inſanus tenues vaneſcat in auras
T u rectam ducibus mentem, paruoq; potentes
R edde Dea, atq; animis abſiſtant impia vota.

Franciſci Centelles in Diuam
Annam Corycij Hymnus.

A nna tuas laudes, natamq; altumq; nepotem
Regnatorem aulæ ætheriæ, terræq; mariſq;
E ſt animus libare, mihi tu diua canenti
A dſis, et dubios audentis dirige greſſus,
T e mortale genus, ſupera quod ueſcitur aura
Te Dea concelebrant, hominum per te genus omne
I am ſperare audet cœli aurea templa recluſi
T u natam das ætherijs, quæ regnat in aſtris

Q uæ gentes herebiq; metu, cæciſq; tenebris
E ripit, et cœlum reſerat mortalibus ægris.
I nfernaſq; domos claudit, nigrantia regna.
S alue magna parens diuum, tuq; aurea virgo
S alue iterum atq; iterum, magno lux addita cœlo.
V irgo eadem, atq; parens, fortunatiſſima matrum.
Q uam pater omnipotens, ſortem miſeratus iniquam
H umani generis, regali ſanguine cretam
I ntactamq; vlli, nil vincla iugalia ſoluens,
D iuino impleuit tantum complexus amore.
V ere nouo ætherijs radijs luſtrata, miniſtrum
V idiſti aligerum tibi grandia iuſſa ferentem,
S enſiſtiq; nouo præcordia ab igne moueri,
C oncipiens intacto vtero (mirabile dictu)
G ratum onus ætheria cœli ſpirantis ab aula
A uctoremq; tuum ſub lucem enixa dediſti
& ſubito ante pedes magnus tibi vagijt infans.
S aluæ ſancte puer, Sator idem maxime rerum,
V nà ades hunc noſtrum non aſpernatus honorem,
D um ſacra odoratis fumant altaria flammis,
Q uæ tibi Corycius ductis de marmore formis
S acrauit, matriq; tuæ, matriſq; parenti,

G randaeuę inſtituens certis pia ſacra diebus,
A ſpice q̃ vario certent huc carmine vates
E gregij, veſtraſq; ferant ad ſidera laudes
O tia dum rebus orant, pacemq; per aras,
E xpoſcunt, pacem optatam, placidamq; quietem.
E n agit intrepidos triſtis diſcordia reges,
R egna per heu ſæuo concurritur Itala ferro,
V ndiq;, diſiectæq; ruunt cum mœnibus vrbes,
F errum, flamma, fames in nos crudelia fata
E xercent ſat iam luimus facta impia ſontes,
I am ſatis et Germanus atrox Dacuſq; rebellis,
R omanas arces, Romana palatia flammis,
Atq; Deum eruerint magnorum ingentia templa.
I nq; ſatis noſtros fœdarint ſanguine campos
H iſpani, Heluetijq; truces, Galluſq; ſuperbus,
R eſpice quaſſatam Italiam, et miſerere laborum
A ntiquę Auſonię, liceat requieſcere tandem,
& patrios habitare lares, patrioſq; penates.
D a feſſis requiem pater, et fera bella quieſcant.

Leonardi Toſtę in Diuam Annam
Corycij, Hymnus.

Pande viam, mentemq; aperi, et torpentia laxa
Corda mihi, alma parens, ſacroſq; incende calores.
Namq; Canam te diua prius, natamq;, nepotemq;,
Et mites legum monitus, promiſſaq; patrum,
Quod foret ab regum fatali ſemine virgo,
Quę patris æterni natum geſtaret in aluo,
Intemerata parens, nulloq; è ſemine fœtum
Ederet, et clauſi reſeraret limina cœli.
Alma parens hominum per te genus, atq; deorum,
Sedibus æternis cœli in ſtatione locatur,
Tu priſcas renouas leges, et fœdera ſancis,
Labentemq; nouo componis lumine mundum
Te Dea te celebrant homines, te numina diuum,
Horrendiq; aditus per te tremuere Acherontis.
Felix, o nimium felix, Nata atq; Nepote.
Felix quę in teris hominumq; Deumq; tuliſti,
Quem non magnorum caperent conuexa polorum
Nec ſæuum inſanis agitatum fluctibus æquor,
Queq; ſub impoſito pendet grauis äere tellus.
Nec capit imbriferis ſtipatus nubibus aer
Viſcera vna almę clauſerunt viſcera, regem,
Salue igitur ueneranda parens, Anna optima ſalue

Suſcipe vota libens miſerorum, et reſpice vatem,
Qui ante aras ſupplex, veſtri ſuccenſus amore,
Egregiaſq; tuas laudes, atq; inclyta verſu
Numina veſtra cano, magno coniuncta nepoti.
Tuq; adſis matrona fauens, ſi pectore toto
Te accipio, et placido tua ſunt mihi numina cordi.
En tibi Corycius ſacratas dedicat aras,
Illuſtratq; auro circum, gemmiſq; coronat,
Vobis annua vota ferens, et reſpice, vatum
Alma cohors, docto certatim carmine laudes
Concelebrant, adolentq; ſacris altaria flammis.
Ipſe autem ante alios ſacratos libat honores
Corycius, frondeſq; nouas flagrantibus aris
Imponit, placidoq; ſuper conſpergit odore.

Delij Hieronymi Alexandrini Ro. in
Virginem Deiparam ad Corycium, Hymnus.

Te canimus veneranda hominum, veneranda Deorum
Regina, intemerata parens ſtellantis Olympi,
Oceaniq; patris, terrarum orbiſq; potentis.
Per tuas humiles, conamur ſerpere laudes,
Quantum mens humana ſinit, q̃ tuniq; puſillę

S uppeditant vires, quis enim tam magnus, et alti
Dotibus ingenij fretus, contexere chartis
N umina tanta queat? factisq; æquare ſuperbis
V erba canora modis, malit, pede ſiue ſoluto?
S it voluiſſe mihi ſatis ergo, nanq; voluntas
Eſt perſpecta Deo, ſi deſint robora, nullum
I nuoco, ſcribenti qui dictet carmina, Phœbum.
N il moror Aonidum mendacia numina, ſiue
T res illę numero ſint, ter ternæue ſorores,
S omnia priſcorum, figmentáq; maxima cedant,
C yrrha domus Phœbi, furioſi Nyſáq; Bacchi,
& fons cornipedis volucris, de nomine dictus.
I ſta, ſibi queis cum luſit carioſa vetuſtas,
O mnia ſunt puluis, nihil omnia: et omnia riſus.
P ræſtrinxit ueri illam caligatio cultus
F alſorum preſſam ſub religione Deorum.
A t nobis non vana Deum ludibria, mœchus
I uppiter, aut meretricia numina ture coluntur,
S ed tenebris pulſis animarum luce carentum,
V num cunctorum motorem agnoſcimus, vnum
P lacamusq; Deum trino ſub numine, mater
A t nobis rerum rectoris creditur, haud ops,

Vel Cybele Turrita, At quæ ſine coniunge virgo
Veri ſumma Iouis natum conceperit, adſis
Virgo potens, facilisq; meis allabere cœptis.
Cum pater omnipotens mortalia facta videret
Subdita Plutoni, pedibusq; Acherontis auari,
Humana et ſtygio verſarier omnia nutu,
Crimine primorum culpaq; vrgente parentum,
Ingenti ſuper his tandem miſeratus amore,
Fas ut in antiquam patriam poſt longa reuerti
Exilia ijs eſſet, varioq; ab turbine rerum,
Vnigenam ſobolem, proprio quę ſanguine noſtrum
Flagitium redimat, ſtatuit demitttere terris,
Vnicaq; inuenta eſt illi caſtiſſima virgo (tu
Digna Deo, Maria Illuſtris, Maria optima nam
(ſeu prohibent) proles eſſes cum regia, forma
Quantum non olim Troianę cauſa ruinę,
Quantum non Tyro, non improba adultera tauri,
Præſtares, tenerę et primæuo flore iuuentę,
Non tamen vlla tuos cepit contagio ſenſus,
Nunquam ſollicitę reliquas agitare puellas
Quæq; ſolent, formę ſtudium, ſpeculumq; capillis
Conſuluiſſe dies totos, aut æmula virtus,

Fœmineęq; œſtrum inuidię te compulit, inter
Artibus æquæuas operoſę anteire Mineruę.
Cum tamen ipſa tibi ſi conferetur Itoni
Incola, iam fieret, quod priſcam fecit Arachnen,
Sed virtus præſtare magis: ꝗ̃ uelle videri
Diua tibi, ſed pro vanis euoluere curis,
Myſticaq; orgia, ſanctorumq; oracula vatum,
Venturo de rege Deum, qui virgine naſci,
Vellet, et ipſe ſuo repararet ſanguine mundum,
(Tantus amor ſuperum mortalia reſpicit, illis
Tam pia cura ſumus durę telluris alumni,)
Ergo toto animo venturum numen adoras,
Venturumq; Deum veneraris ad æthera palmis
Supplicibus, flexoq; genu, ter (neſcia fati
Ipſa tui) vocitans illam deciesq; beatam,
Felicem ingeminans, quę tanti mater alumni
Iam delecta foret, media inter talia quando
Ecce tibi iuuenis demiſſus ab æthere ſummo eſt,
Qualem non vnquam uiderunt mœnia mundi
Qualem credibile eſt habitare palatia cœli,
Et Iouis ante pedes adſtare ad iuſſa paratum,
Qui te predixit moderantis cuncta parentem,

S alue vera Dei genitrix, et ſponſa, genuſq́;,
T u decus es rerum, tu præſentiſſima diuum,
T u ſpes humano generi, te nauta procellis
I mplorat medijs, ventiſq́; furentibus, ad te
C onfugit horrendi miles per vulnera Martis.
T u nulli auerſare hominum ſuccurere, tu non
S anguine virgineo tibi vis Dea ſæua litari,
N on humana tuas procumbit victima ad aras,
N on ſyſtro gaudes, raucis q; ad tympana Gallis,
S ed precibus, ſed corde pio, ſed pectore puro,
Q uali Corycius Matri, Natoq́;, Tibiq́;
C orycius poſuit vatum pater, omnibus aram
M irificam populis, quos circuit omniuagus Sol.
S is igitur felix illi pia virgo, tuęq́;
H eſperię fractę iam tanta mole malorum,
B ellorumq́; ruinis, et ſi iuſta rogamus,
S i veteres proaui, quanq̃ caligine merſi,
A duerſus ſuperos, ſemper pietate fuere
I nſignes culmen viguit ſi maxima ſemper
R elligionis, et eſt modo culmen Roma Deorum,
S iq; pij quicquam, qui te cecinere pöetę
P rofecere ſuis numeris iam reſpice virgo

Romanas arces uaſta et Capitolia paſſim
Obſita nunc Dumis ſilueſtribus, aurea quondam,
Reſpice Diua, iterum rerum moderetur habenas,
Terrarumq; orbis ſolitum ſit Roma Theatrum

Hieronymi Corſini Veronen. in diuam
Annam Corycij, Hymnus.

Si quos ſolennes nobis pia cura quotannis
Concelebrare dies, atq; ipſa ad templa Deorum
Confluitis, multaſq; preces, et dona ferentes,
Hæc longe ante alias lux eſt digniſſima cultu
Mortales, quę non Siculę ſacra myſtica matris,
Non celebranda vrbis, primi Megaleſia ludi,
Vana ſuperſtitio, et ternę contraria luci,
Sed (quoniam ætheria quondam deceſſit ab aura
Tranſlata ad ſuperos, cœloq; hac luce refulſit
Cœlicolum decus, et fortunatiſſima ſemper
Virginis Anna parens, humana vnde induit ora
Ille ingens rerum ſator, immerſumq; tot annos
Eripuit mortale genus de faucibus orci)
Carminibus recolenda pijs Annalia paſſim,
Ergo agite, et meritos aris imponite honores.

S acraq́ꝫ odoratis conſpergite limina ſertis,
N unc ſtrepitant auium cantu nemora alta ſonoro,
N unc etiam vndoſi poſuerunt murmura ponti,
N unc paſſim lætata nouos ſummiſit odores
T erra parens, requieſcat humus, requieſcat arator
V omere ſuſpenſo, ſacraq́ꝫ hac luce labores
S int procul, et lętum cuncti Pęana canentes
P astores clauſis ſtabulis ad templa frequentent.
Sed ſi forte aliquem præſentia cernere diuę
O ra iuuet, caſtasq́ꝫ preces effundere ad ipſam,
H uc ad Corycy greſſus ferat ille ſacellum.
H ic ſimiles Annę vultus hic ora videbit.
H ic ſolet exaudire libens pia vota precantum
E t dulci gnatę amplexu, paruiq́ꝫ nepotis.

Laomedontis Tardoli Camertis in Diuam
Annam Coricij Hymnus.

Effigies diuum ſaxo tria numina in vno
S anſouij mira quos olim excuderat arte
D octa manus, ſacra pius hac dum in ſede locaret
Corycius, geminas tollens ad ſidera palmas,
H æc fertur ſuperos, et numina ſancta precatus.
A nna parens, maiorq́ꝫ parente intacta virago,

Tuq; puer Iouis ætherij certiſſima proles ,
Has audite preces, mea nec ſint irrita vota .
Si quicq̃ puro qui vos procliuis adorat
Corde ſenex meruit, lachrymis ſi immiſta profuſis
Excipiunt ſuperi, admittuntq; precantia verba ,
Haud equidem tenui veſtrum decora inclita verſu
Exequar, aut totum paſſim diffuſa per orbem
Facta canam miranda, alium hæc ſibi munera vatem
Qui linon iſmarium ſuperet quiq; orphea cantu ,
Expoſcunt, tali neq; enim me dignor honore
Iam ſenior, nimio curarum et pondere nutans
Quanq̃, o vos imo, ſed quas ſub pectore verſo
Ingentes facili laudes expendite corde
Ipſe aram hanc, aram tetigit, duce numine veſtro
Quam vobis ſtatui donec mihi vita ſuperſit
Aſſidue venerabor, et ipſa altaria circum
Annua dum verſo lux ſacra redibit olympo
Læta canent feſta velati tempora lauro
Egregij vates, niueaq; in veſte ſacerdos ,
Cæleſtes nobis epulas, et myſtica ſacra
Libabit, nec vos meritis pro talibus, auri
Pondera, diuitiasq;, opulentaq; regna repoſco .

Sat mihi ſi tenuis victus,modicusq; perennis
Cenſus,et inſignes ſolito quo munere vates
Largus opum venerer,viridi ſat poſſe ſenecta
Incolumiq; frui,et placidam ſperare quietem,
At vobis prima ingentem ſeruare Leonem
Cura ſit, auſpicijs cuius ueſtroq; fauore
Eſt iterum Auſonijs tandem pax reddita terris,
Seruate et iuuenem Carolum, quem vaſta regendi
Prægrauat imperij moles, centumq; per annos
Hos ſinite æterna ſocios in pace manere, (men,
Vna anima atq; vnum in gemino ſit pectore nu=
Sic pœnum, ſic Dardanium contemnere regem
Audebunt,regnis grauidum,Aſſyriaq; ſubacta,
Et magna tumidum Ægypto ſua ſub iuga miſſa.
Vna fides iungat cunctos,et ſancta per orbem
Gliſcat relligio paſſim, infidiq; Tyranni
Agnoſcant verumq; Deum, uerumq; Tonantem,
Vt maurus tandem,et lati niger accola Gangis,
Sarmataq;,et rubri ſpectat qui littora ponti,
Vos colat,et lympha caput irrorare ſalubri
Gaudeat,hinc alacres poſt ſecula longa caducis
Exuti menbris,æterna luce fruamur.

Hæc tu magna parens, hæc tu ſanctiſſima virgo,
Cæleſtem puerum, cui Sol, cui ſidera parent
Terráq;, Tartareiq; lacus, et pontus et æther,
Orate aſſidue, precibuſq; expoſcite iuſtis
Ipſa auia, ipſa parens, uos fas tentare precando,
& natum exorare, et amico flectere nutu.
At tu Sancte puer, per quem ſtat pondere Tellus
Niſa ſuo, per quem certo labentia curſu
Sidera diuerſo variant mortalia motu
Nubila qui pellis, qui cælo fulmina torques,
Quę mater, matriſq; parens, humiliq; precamur,
Carmine nos admitte, et firmo fœdere ſanci.
Hæc ille, et largo fletu ſimul ora rigabat,
Poplitibus terrę inflexis, ſupplexiq; madentes
Intendens oculos, ad quas ſacrauerat aras.
Vix bene finierat, ſubito cum lęuus ad auras
Cum tonitru fulgor, ſupera demiſſus ab arce
Dat ſignum, admiſſasq; preces certo omine firmat.

C. Siluani Germanici In diuam Annam ad Corycium Hymnus, Ode dicolos tetraſtrophos.

Diua quam ſummus Genitor Deorum,
Ille qui vaſtum fabricauit orbem:

D icit exultans auiam, tuoq;
Nomine geſtit;
E n tuo coniux roſeis quadrigis
A lma Tithoni, reſerat dicatam
N umini lucem, et Boreas fugauit
Nubila cœlo
H unc diem Ciues celebrant ſuperni,
H unc diem læti venerantur omnes,
& tibi plaudunt, tibi totus vni
Militat ether.
V nus in terris Corytus, paratu
T e colit miro, tibi quas locauit
Sedulus ſanctas ſtatuas, et aras
Fronde coronat.
V rit et largus varios odores
I n tuas laudes, Arabumq; guttę
D ulcius fumant, crepitatq; in igne
Spica ciliſſa;
H unc virum docti ſacra turba vates
A d tuas vná comitantur aras,
I llius rarum, et uario decorant
Carmine munus.

Concinunt hymnos alij diſertos
& tuum cœli ſuper aſtra nomen
Efferunt, cuncti veniam precantur
Ad tua ſacra
O parens magnę veneranda matris,
Quę patris ſummi peperit pudore
Integro natum, reſerans olympi
Limina partu
Siue librantem retines triſulcum,
Maximi dextram precibus Nepotis
Fulmen, et nobis ſceleris piandi
Tempora poſcis,
Seu mones natam, pariter precetur
Filium, parcat miſeris caducis,
Differat pœnas meritas malorum, et
Temperet iram
Præbeas aures faciles poëtis,
Præbeas aures Coryto benignas,
Præbeas votis, precibusq; pondus
Quisq; quod optat
Si tuas tota effigies adorans
Mente, iam dudum tenui Camœna

E xtuli, quantum licuit tenello
Carminis vſu.
N unc iter tento nimium puſillis
Viribus, nunc mens meditatur ire
P er tuas laudes, Auia o' Tonantis
Dirige greſſus,
T anta dum conor procul omnis eſto
C ura, quæ mentes hominum fatigas,
I ntegri ut ſenſus famulentur, et mens
Seruiat vni
N on ego in laudes auiæ profani
B arbyton ſumpſi Iouis, aut Dearum,
S tulta quas tantis coluit vetuſtas
Merſa tenebris,
I lla queis tandem meritis honores
Neſcio diuum meruit verendos,
F orſitan pulchrum ꝙ amarit Attin
Perdito amore,
S eu ꝙ accepti pueri quotannis
I n ſuis ſacris voluit referri
P lanctibus nomen, genitrix priorum
Caſta deorum

Hinc vehi certum meruit quadriga,
Quam genus crudum traheret leonum,
Atq; ab exciſis pariter ſacratos
Sumere honores.

Anna nec mi nunc canitur perenna,
Aſtā quam proles coluit quirini,
Numini et pulchro; vetuleq; locauit
Signa nefandę.

Seu fuit Didus ſoror illa, fratris
Quę ferum diri fugiens furorem,
Venit in campos latios, toroq;
Iuncta Numici eſt

Siue quę plebis patribus rebellis
Suſtulit victas inopes, fameniq;,
Mane fumantem Cererem miniſtrans,
Orta bouillis.

Turba diuarum valeat pudenda.
Tu, diem cuius veneramur omnes
Numen, huc adſis melius, poliq;
Certa propago.

Cuius in vita nihil eſt profani,
Nil niſi ſanctum, poterit perenne,

Nulla ſyncêram memorare vitam
Copia fandi
Quid prius dicam dubito, vel unde
Ordiar laudes, nec adhuc tetendi
Vela, iam noſtram timeo carinam
Mergier undis.
Et licet nondum ſubiit beatum
Pondus, et iam nunc titubat puſillum
Robur, in primo nimium paueſcit
Limine Muſa,
Altius laudum pelagus tuarum
Nauigent vaſtum celebres pöetę,
Eſt ſatis noſtrę dare vela Cymbę
Littora preter
Summa te virtus, probitasq; diuum
Addidit magno numero, tenorq;
Iuſtior vitę, ſacra mens, et equi
Conſcia ſemper
Deferunt palmam tibi turba matrum,
Fama quas miri memorat pudoris,
Queq; ſeruarunt ſine labe iuncti
Iura cubilis

DD

I nferax prolis fueras tot annos,
V t Dei ueri ſenio grauata
E deres matrem, et meliore fœtu
Fertilis eſſes
Q uo Paleſtinę ſtupuere matres.
& poli nobis aditus recluſus,
H orridi terra tremuit repoſta
Regia ditis
N ec tuum blandis agitauit auri
Pectus excelſum ſtimulis cupido.
T empla ditaſti, miſeriſq; egenis
Auxiliata es,
I ure te ſummę moderator aulę,
Q uę ſui nati pareret parentem
L egit, ut verſter regeret perenne
Sanguis Olympum
T e per antiquę tenebrę fugatę
Mentium, per te periere inanes
N uminum cœtus, et adempta mundo
Reddita lux eſt;
I ure mortales tibi tot ſacella.
D edicant, per te patrię ſupernę

Spes data, et tandem gemini parentis
N oxa redempta eſt.

Io. Baptiſtę Almadiani Arę Corycianą Apotheoſis.

M agnę Puer, nam te primordia noſtra vocabunt
Principium ſine fine manens, nunc numine dextro
H uc ades omnipotens, totiq; ſalutifer orbi,
Cui pater æquales rerum conceſſit habenas,
I ngenitus, qui te genuit, compar tibi, et idem
Virgineo matris reſeraſti viſcera partu;
M atre prior genitus, æuoq; vetuſtior omni
& tu diua parens, cœli Regina, ſupremo
C ælicolum dignata choro, tu fœmina princeps
A nte alias dilecta Deo, virguncula cœli
C onſcia, et ad magni thalamum ſelecta Tonantis;
T u niueas formoſa roſas, et candida virgo
L ilia, tu vultu Solem, tu ſidera vincis.
Tertia quę rugas, frontem quoq; prodis anilem,
A nna nepote Deo felix, tibi magna ſupernę
G ratia diuinę ſobolis, naſcentis origo es
M ortalis quondam, ſuperis nunc addita diuis,

Et tibi turicremas proni libamus ad aras,
T res igitur mire ſpecies, Tria numina diuum,
M armore que pario ſuperum ſpiratis honorem,
P hidiaca celata manu, viuentia vobis
L umina, viuentes artus, et plurimus omni
P arte decor, tum blanditias miramur, et oris
L etitiam, et dulces pueri ridentis ocellos.
H as tibi Corycius ſtatuas, regnator olympi
E rigit, et celebrem ſupplex tibi dedicat aram,
C ui pietas innata viget, diuinus et alme
R elligionis amor, muſarumq; inclytus ardor.
Corycius cuius decus immortale manebit,
Eternum cui nomen erit, cui fama perennis;
I nnumeris, quos Roma tulit cantata poetis.
D a pater his meritis, ſuplex te Roma precatur
I nnocuam vite ſeriem, et ſine labe ſenectam;
L etitiamq; animi, nulliq; obnoxia culpe
P ectora, et inſontis longiſſima gaudia vite,
Q uod ſatis eſt, ſatis eſſe putet, nec torqueat illum
F utilis ambitio, nec gloria pectus inanis
M olliat, atq; animum populari errore fatiget.
N il metuat, cupiatq; nihil, miretur et idem

Ipſe nihil, ſolo cœli contentus amore,
Sordida terrenę fugiat contagia fæcis.
Poſt ubi tranquillos exacti temporis annos
Egerit, et longo fuerit ſatiatus ab æuo.
Abiectis procul exuuijs, et labe uetuſta,
Lætus in ætherias purgato pectore ſedes
Euolet, inſontes animas, cuneosq; piorum
Inter, et æternum diuina luce fruatur.

Iani Vitalis Panobrmitani, pro Alberto Pio
Carporum pirncipe ægrotante ad Chriſtum
Votum Exoratum.

Rex auctor ſuperum omnipotens, ſub imagine cuius
Corycius pater effigiem ſacrauit, et aris
Aris æternis ſacros induxit honores,
Si te ſupplicibus pariter clamoribus omnes
Oramus ueniam, ſi tu ſator omnium, et altor
Immenſus rex terrarum, rex ætheris, vnde
Terna è perfecto procedunt numina ſenſu,
Nam pater es, natusq; ſimul, et Spiritus, et tu
Mirum, incorruptę penetraſti virginis aluum,
Factus homo pro vita hominum, durosq; labores,

A tq; famem, atq; ſitim, paſſusq; incommoda mille,
Lœto ſuccubuiſti, humani muneris ergó.
Q uo victo penetraſti immania regna Barathri,
Exultans proſtrato hoſte, et prẹſtantibus auſis.
E n pius infeſtis Albertus languida ducit
F ebribus, et longo membra exagitata dolore.
(Q ua ſanas quodcunq; tuum eſt) pater adde medelam,
A ſtrorum iubar, et tantas compone procellas.
H eu feruor, rapidusq; calor depaſcitur artus,
L anguentes artus, requies quę certa laborum?
Q uis modus ęrumnis? fauces en ſiccat anhelas
T riſtis amaror. agens infractas pectore voces
D iuino, infractas voces, quibus ille per alta
Ætheris immenſi ſpatia, atq; palatia cœli,
S upremosq; axes, et nullo ſidere fulgens
Cryſtalli cœlum, ſublimi fronte vagari
A ſſuetus, vitę gaudebat comminus ora,
M urmura nunc ſolum, nunc et ſuſpiria dura,
P ro dulci eloquio, pro cultu, atq; arte loquendi,
C ontinuo audimus, viuat commune bonorum
P ręſidium, commune bonum. non limina pandat
N unc triſtis libitina, ſuo iam parcat honori

M ors violenta, iuuat ſeu cauſas noſſe latentes,
S eu quis de ſuperis alat hæc mortalia intus
S piritus, unde iubar Solis, Q uibus aurea Phœbe
F ucatur radijs, vnde et primordia rerum;
A ntipodaſq́; imos, atq; ęthiopes extremos,
N ubesq; pluuiasq;, et agentes nubila ventos,
Q uis canet hæc? at ſi ſupera ſtirps ſtirpe crearis,
V irgineoq́; impreſſa ſinu ſine ſemine fecit
M agnum incrementum, ſi poſt lachrymabile mundi
S upplicium, cum flamma igens complexa profundum
S æuiet in populos, monteſq́;, et luſtra ferarum,
C um abſorbet terras, et corruet inferior nox;
Q uæſitor terras viſes, atq; aſpra recumbent
S ęcla hominum, cum Luna habitus induta micantes,
S tabit, et ipſe noua fixus pater auricomus Sol
L uce coruſcabit; vacuū telluris in ęquor
I nſultans adoleſcet, et omnipatentia ſumet
L umina, ter maior facie, ter lumine noto
S plendidior, nubeſq́; cadent ſub imagine cœli,
V elantes radios, uelanteſq́; æthera magnum
C onuenient terris loca ſubdita, clauſtra Aquilonis
C laudentur, tenebras, denſamq́; trahentia noctem,

Fœtus aquis auſter ſaxoſa per antra volabit,
Horrebitq́;, fremetq́;, et vincla tenacia mordens
In tonitrum ſoluet ſeſe, da nobile corpus
Poſſe frui felici animo, diſpelle dolorem
Palloremq́;, ſitimq́;, orcíq́; vrgentia tela.
Hoc ſibi diffidens rerum, tibi ſupplicat omnis
Italia, heu quanto confuſa cruore, tibi alma
Pax, etenim illinc arma parat Germania, et inde
Hiſpanus fidens animi, vagus hinc fera bello
Gallia, campanos armato milite campos
AElutùm complere parat, iam ſuſcitat arma
Horrida, ad imperium conſpirans ſanguine auitum,
At contra Libię gentes, audaxq́; Canopus,
Viribus in noſtros dira, atq́; immania voluunt
Supplicia infenſi, ceu cum violenta luporum
Incautos armenta greges (ſine luce) colonis
Inter ſe cęſis, uel contendentibus vrgent,
Dilaniantq́; vorantq́;, aut tetro ſanguine lambunt
Purpureas animas, ſemeſaq́; corpora linquunt,
Ah miſerarum ouium per ouilia ſtrata cruenta.
Anceps tandem aliquo ceſſabit cardine rerum
Res Itala in peius ruere, in peiuſq́; referri,

Externis agitata furoribus? is grauis iras
I mmodicas, magni pacabit Cęſaris, is te
G alle viris, armisq; potens, te maxime Ibere
M olliet, et tranquilla, animos ad bella paratos
P ace ligabit, et ignotos infrena per agros
B ella frement, furor ater aget per colla cathenas
S tridentes, turpiq; infectus ſanguine barbam
D entibus infrendens, fœdatus puluere crines,
I n ſua vulnificum conuertet terga flagellum.
E rgo vnquam aſpiciam pacata per oppida pacem?
P acem exoptatam, ceu quando ingentis Iuli
I s (memini) Martis monitis precibusq; furorem
C ompreſſit, Venetum quando ille exterruit hoſtem
& validos latio confregit milite Belgas,
F elſineasq; acies, et qua arduus Apenninus
O ſtentans Atacis ripas, et pinguia culta,
C arnorum nubes vltra, ventosq; ſub auras
Æ theris enormis ſurgit, cœloq; minatur
C ulmine, ſic igitur tam magnę pondera molis
I nconſulta ruent, hoc uno ſoſpite viuent
L ibertas animi, pax intemerata bonumq;
A tq; Pium, atq; Amor, et virtus exoſa profanos.

Sic tibi (quod noſtro ſit tempore) fundat honores
Indus odoriferos, ſic gens Gangetica, et Afri
Et quacunque vagus ſe porrigit Helleſpontus.
Denique terrarum molem gens quæque, mariſque
Accolit, vnum omnis te ſanctum numen adoret,
Teque colat. det thura tibi, non tabe madentes
Tabe infelici, mactatarumque ferarum
Viſceribus fœdas aras, et turpibus extis
Aſſueſcat diuos inſana ad ſacra vocare
Obſcenos, uerum in flumen fontemque ſalubrem
Immerſetur, ut expurget quodcunque piandum eſt,
Teque admiretur, teque in tua regna reuiſat
Supremi egregium, ſcandens ſpatia ardua Olympi.

C. Siluani Germanici votum pro Alberto Pio
Carporum Principe, Ode dicolos Tetraſtrophos.

Vos tres ô Superi maxima numina
Queis raras ſtatuas marmore candido
Atque Aram Corytus dedit
Miris laudibus inclytam
Illius precibus vos dare conuenit
Aures non rigidas, is rogat ut ſua

P ondus vota ferant ſuum,
S i vos, ſi coluit pie
I dem omnes petimus, quod Corytus rogat,
V ates qui canimus carmine imagines
V eſtras laudibus his nouis
N otas gentibus omnibus,
V num omnes petimus, uos ſuperos decet
S i uos hæc pietas tanta mouet, virum
N obis annuere omnibus
S i vos ſi colimus pie.
L anguet, heu nimium, gloria principum
L ux noſtri pariter maxima ſeculi,
Heros flebilis admodum
A lbertus grauibus malis,
H eu veſana ſuam incendia, nobile
Exercent rabiem per iecur, horridam
& ſomnum prohibent procul,
I nfeſta o nimium nimis.
H eu quantum miſeret viſere languidum
V t fundit medio pectore ſpiritum
& ſi edit gemitus malis
T antis, fortior impares.

I psa os ſrigida uis concutit eloquens ,
  & linguam cruciat peſſima ſiccitas
  V nde inſtar niuis effluit
  S ermo melle ſuauior
Q uot dotes celebres opprimit effera
  M orborum feritas,nec medicorum ope
  Q uicquam diminui poteſt
  I rridens data Pharmaca ,
A t nos condicio vitrea commouet
  H umani generis,ſat mage fidimus
  V obis maxima numina ,
  O rantes precibus locum .
N obis incolumem reddite Principem ,
  & ſeruate decus nobile temporis
  N oſtri,hoc hoc precibus pijs
  V atum,et Corycij,date .
S in iſtis darier tale placet nihil
  Q uicquam,ergo Italię Marte diu impio
  V exatę ſuperet,modum
  Q uo det conſilio malis ,
H oc nos ó Superi vatibus omnibus ,
  H oc ipsi Coryto hoc Heſperię date

M agnę, longius ut queant
V eſtro depoſito frui.

Eiuſdem. C. Sil. Germanici
Eucbariſticon incolumitatis Alberti Pij.
Ode Dicolos.

Q uod Corytus, vatum quod turba diſerta petebat,
I pſa quoq; Italia,
C onceſſum eſt, omnes tandem ſua vota ſequantur,
E ſtis io Superi,
Albertus veſtro morbos ſuperauit acerbos
A uxilio Superi.
I am melius ſperate viri finemq; malorum
C oncipito Italia,
L ætamur noſtraſq; preces, et vota tuliſſe
P ondus vbiq; ſuum,
H umanę cum non ſit opis perſoluere grates
C œlicolę meritas.
P endeat hoc ſaltem venerardas carmen ad aras,
V t meritum referat.
P rincipe ſeruato hoc, debet dijs. Itala tellus
Corytus, atq; Helicon.

Eiuſdem . C . S . Ger . ad Diuam Annam Corycij Votum Ode dicolos Tetraſtrophos .

Quem uocent diuum ueniam precando
Non ſatis conſtat populis , malorum
Mole vexatis , nimioq; belli
Turbine ſeptis
Sola tu, noſtris vitijs iniquum ,
Lenies magnum precibus nepotem ,
Faxis et pœna leuiore noſtra
Crimina plectat .
Sit ſat admiſſi ſceleris piatum ,
Eripe aduerſis populos procellis
Vsq; iactatos , procul iſta rerum
Nubila pelle .
Te per immenſum petimus nepotem
(Nam potes) ferri procul abſit vſus ,
Plus ſat, humano maduere lati
Sanguine Campi .
Auſonis finem videat malorum
Ora , Mauortis furię cruentę
Nobilem tandem lacerare ceſſent

Vndiq; terram.

Paxq; ſuccedat rediuiua bellis,
Palladis crines redimita fronde,
Deniq; et fuluo redeat mettallo
Concolor æuum.

Artifex curui gladios aratri
Dedicet Roſtro, Galeasq; inanes:
Terra pacatis Cererem miniſtret
Vberiorem.

Quæq; deſperent miſerę parentes
Liberos, lectum ſterilem querentes
Redde fœcundas, ſua vota ſpectent
Pignora lętę.

Æquitas totum vigeat per orbem,
Deſerat cæcas ſtudium nefandi
Ambitus mentes, pereatq; auari
Cura peculi.

Cum modus vitę fuerit caducę,
Poſſe da cœli penetrare ad arcem,
Tecum et æternam ſine fine cunctis
Viuere vitam.

Eiuſdem. C. Sil. Germanici in ſtatuas Corycianas Silua.

Quid ueterum ſtatuas adeo laudamus, obeſas
Articulos carie? quid imago reperta ruinis,
Parte domus celebri, thalamiſq; nitentibus auro
Ponitur? et tali careant quid honore labores
Noſtrorum artificum? cauſas inquiro latentes,
Hic ne datur ſenio, rebuſq;, uiriſq; vetuſtis
Tantus honor? tandem rediuiua ne marmora certum
Numen habent? tantum ne iuuat iacuiſſe tot Annis
In tenebris? ſtatuas ne virum, pariterq; Deorum
Ipſe ſuas ſequitur genius? priſci ne magiſtri
Doctius é niueo finxerunt marmore formas?
Nil maius video, quamuis meliora putamus
Iudicio vnanimi, quicquid deſcendit ab æuo
Maiorum, ingluuiemq; dierum neſcit acerbam.
Nam ſi cuncta probe excuties, æquamus auorum
Ingeniumq;, artemq; ſimul, documenta videre
Qui cupit, ad Coryti ſacram ſe conferat aram,
Illic inueniet priſcis quę apponere poſſit
Ingenijs, cernet ſpirantia ſigna deorum,
Molliter eximio noſtri mentita labore

S anſonij, Phidiáq; parem nunc viuere dicet,
Q uo plus ſpectat opus, maior ſpectare libido
N aſcitur, et nullo ſatiantur lumina fine,
T antus ineſt ſtatuis decor, et reuerentia ſacris,
Q uamuis certa fides oculis, licet ipſe ſuperſtes
(V iuat adhuc celebris ſculptor, tamen omnia ſumma
C redere diſſuadent, animo potuiſſe laborem
S ic ominis, ſuperum magnos effingere vultus.
C redo equidem dextram diuos tribuiſſe ſupremam
H uic operi; neq; enim fugiunt pia facta, ſed adſunt
A uxiliumq; ferunt; Coryti aut pietatis amore
I llecti, cœlum docti rexere magiſtri.
L inquamus ſtatuas, numeroſq; legamus utrinq;
C ingentes aram. Q uiſnam Deus impulit omnes
D ecertare modis ampla in pręconia vates?
A ſt illud nobis longe mirabile viſum,
Q uod nullus valeat ſatius cecinıſſe poëta
H oc opus, et dictis ſemper maiora ſuperſint
L audibus, et nullo decreſcat gloria fine.
S ic pelago ventos reſerato carcere poſtquam
I mpulit Hippotades, paulatim attollere fluctus
A ſpicis æquoreos, et quanto flatibus inſtant

Acrius, impellunt hoc ipſas altius vndas.
Nullius in laudes operis Libethridos antri
Vatibus uberius fontes laxauit Apollo.
Nec ſtudio ſimili quenquam cecinere Camœnę,
Qui dederit diuis ſtatuas, aut templa dicarit
Maxima, iam noſtri toto celebratur in orbe
Corycij nomen, dominę nec ſufficit vrbis
Quod memorent vates, alijs mittuntur ab oris
Carmina, diuorumq; nouas figuntur ad aras.
Aſt ego pretereo laudes, et clara virorum
Nomina qui non dum validis committere ventis
Paruula ſufficio creſcens mea lintea vates.
Quis valeat? Nam ſi titulos, et nomina demas
Carminibus, priſcos referes ſcripſiſſe poëtas:
Nil operum tenuit celebratius alta vetuſtas,
Ipſa Iouis quanq̃ miretur Græcia formam
Elei, alta Rhodos q̃uis ſtatuiſſe coloſſum
Gaudeat inunctum vaſta per ſecula mole,
Hæc quoq; quid memorem? quando ſi certa cupido
Quem traheret vatem, cunctas migrare per urbes,
Quę tenuere Deum ſtatuas ſuper æthera notas,
Nil eſſet penitus maius, nil clarius, iſtis

Q uod caneret ſignis . Sed iam redeamus ad aras
Corycias , ubi ſancta datur diuum omnipotentum
O ra videre , quibus gaudent cœleſtia regna .
N on vaſtum ſpectamus opus, nec tempore multo
E xhauſtum, ſtatuq; mentes terrore tuentum
C oncutiunt tacito, maieſtas tanta deorum
O ra decet , mortali pollice ducta negaret
P oſteritas, niſi docta manus celebrata fuiſſet
P raxitelis noſtri, multorum carmine vatum .
O felix Coryti , nullum moriture per æuum
E ſt tua grata Deis pietas, tu maxima tanto
N umina dignus eras hoc qui ſequereris honore.
C onſilio vir macte tuo , non ſubruet iſta
V lla dies cui mentis monumenta beatę .
C ætera caſus habet , te poſt tua funera certum
N ominis æterni decus immortale ſequetur .
S ed nunc tantarum referam primordia rerum .
C um diuerſus amor mortalia corda fatigat ,
H ic ſibi conſpicuas ex marmore conſtruit ædes ,
A lter amat culti fœcunda noualia ruris ,
V eliuoloq; mari merces committit , et auget .
H æc tacito ſecum ridet dum pectore Ianus ,

N il proprium magis eſſe ratus mortalibus ægris,
Q uam coluiſſe deos, cœloq; aduertere mentes,
A ſtitit ante virum veniens é ſedibus altis
R elligio, niueisq; induta coloribus artus,
D iuinos ſtola longa pedes ambibat, honeſtum
S implicitas vultum mixto terrore decebat;
I n nodumq; ſacros cogebat vitta capillos.
A tq; ait, en propera ſuperis preſtare quod olim
C oncœpiſti animo, ſanum nec cauſa moretur
C onſilium; dubijs nec te venientibus horis;
N ec tua fata dabis; dubium ſi craſtina vobis
F ulſerit in roſeis rediens aurora quadrigis.
& te nulla mouet uenturę gloria famę.
D a ſuperis quas nunc video ſub pectore factas
I ane tuo ſtatuas, dixit, ſubitoq; reliquit
L umina Coryci, et pectus concuſſit amore
D iuino, iam nulla quies, iam corda fatigat
C ura beata viri, conceptum nocte dieq;
U rget opus. Hinc eſt ꝙ vix cœpiſſe putaram
A rtificem, cum ſtaret opus, nil ocius vnquam
P rodijt in lucem, poſt tergum ſaxa retorta
P romptius in formas hominum conuerſa fuiſſe

H aud credam, neq; vipereis ex dentibus ortam
V idit Agenorides ſegetem ſtupefactus ahenam,
N ec ſtatuas ſolum poſuit tria numina vobis
C oryci pietas, æternam erexit et aram,
A ſſiduos atq; pariterq; indixit honores.
N on velut excoluit veſana mente vetuſtas
R idendos figmenta deos, quorum ara calebat
I nteritu pecudum, et viridi inuitabat achanto
N umina quę non ſunt, poſitas deſcendere ad aras.
N ec iuuat, ut quondam magno coluere paratu
N umen inane Iouis, luſtro redeunte citato,
C um multo iuuenes conſperſi puluere corpus,
M aximo olympiacam peterent ſudore coronam.
H ic neq; placatur taurorum ſanguine uerus
I lle Deum genitor, terræq; poliq; repertor,
Q ui genus humanum crudeli morte redemit,
A ddictum ſtygijs genitoris crimine primi
S upplicijs, nobiſq; viam patefecit olympo.
Q uem non eliciunt ſuperis à ſedibus vlla
C æde ſacerdotes, meliori cultus honore,
I nnocuiſq; ſacris, cœlo demigrat ab alto,
N obis certa fides colitur, rituſq; ſacrorum

I nteger eſt, certusq; Deus, quem protulit orbi
V irginitatis honor, regum de ſanguine creta
V irgo decus cœli, palmoſq; gloria Idumes,
N ulli tacta viro, illius mox numine viſo
V irginei tumuere ſinus, quantumq; pudicis
V iſceribus numen cepiſſet neſcia, natum
I ngentem peperit virgo ſtupefacta. Nepote
Q uo felix Anna es, felix hominum genus, ille
I nuenit quodcunq; patet, cui machina mundi
S eruit, et ipſe polus, tellus, mare, tartara, pontus,
C orycius dedit bis ſtatuas dijs, atq; locauit
I n templo Auguſtine tuo, quod ſumit honorem
I nde ſuum, ueluti Phœbe de lumine Phœbi,
C ui rarum vaſto tantum iam creuit in orbem
I nde decus laudis, nomenq; perenne manebit.

ANNALES DIES

Fabij Vigilis Spoletini

ANNALES

Annales Italum ſilete Auorum,
In queis, nil niſi ſcabrum, ineleganſq; eſt,
Nil, tetrum niſi, et inſolens, quod olim
Prolatum ex Aboriginum tabellis,
Euandri, atq; Numę iuuet parentem
Edunt ſecula noſtra amæniores,
In queis, nil niſi lene, et expolitum eſt,
Nil, ſalſum niſi, et elegans, quod omni
Poſſit tempore labra perfruentum
Mellito ambroſio rigare ſucco
Hos proferre Corycius quotannis
Ex vſu ſolet, utiles, venuſtos,
Vitę accommoda multa continentes,
Ad quos turba coït peritiorum, et
Notum iniuſſa locum libens frequentat

V idi ego, atq; I talum reuolui auorum
A nnales (ueniam dabit uetuſtas)
C onferri nequeunt Corycianis.
I i putrem mihi nauſeam mouebant,
His ſumptis (mora nulla) orexis ardet.
S unto ergo procul, et ſimul faceſſant,
Ærugo, et Caries vetuſtiorum.
C edat ruga fluens olentis Enni;
F uri tędia peſſima Antiatis,
H eminę, Antipatri, Macri, atq; Fanni.
N os recentia amamus, et quotannis
A ccitu refici precamur horno.
N ec ſiquid blateratur, Accianis,
P omponi'ue ſitu obrutis, et Oſti,
I am pili facimus, uidere chartis.
Sunt annalibus in Corycianis
I ucunda omnia, non ſales diſerti
D eſunt, non grauitas ubi addecet, nec
R erum copia nobilis, paratos
M uſarum Charitum'q; ab arte, Certum eſt.
E s felix igitur Coryci, et iſta
Pridem laude beatus, unus es cui

Feneſtellaq́ꝫ, nobiliſq́ꝫ Piſo, et
Cedat Claudius, Hi tibi abnuenti
Tranſcribi proprios auent honores.
Quare ò contiguos referte faſtos,
Et ſenis Pyly redite in annos,
Culti, delicijs meris referti,
Et leporibus, ac diſertiorum
Cœtus paſcite lautiore cultu.
Sic victura diutius perennet
Vobis gloria, et omne eat per æuum,
O, quodcunq́ꝫ nouiſſimi, atq́ꝫ priſci,
Eſt annalium vbiq́ꝫ amæniorum,
Annales lepidi, et perelegantes.

Eiusdem

STEMMA

Dy, Magni, Indigetes, Lares, Penates,
(Quo vos nomine, qua nota explicabo?)
Qui extorres agitis, ſuperba circùm
Tarpeij iuga montis, et negatę
Olim, terga crepidinis fouetis,
Eiecti ab Ioue, Termino, et Iuuenta.
Ecqua oblata beatior per æuum

Spectatu facies, amœniorq́ eſt ?
Ecqua eſt viſa celebrior diu lux ,
Ex quo mœnia cinxit hæc Quirinus ,
Atq́ vrbs imperio potita rerum eſt ,
Ad ſacrum Decimi Thronum Leonis ?
Num ſpectata Siphacis ,aut Iugurthę ,
Inſignis'ue Caractaci,atq́ Perſę,
Vincla, tam eximium diem dederunt ,
Quám dat Corycio educatus antro
Vir,cui ſola viros iugare cura eſt ,
Toto quos ſcit in orbe lectiores?
O Traiane,quot vſpiam fuerunt
Princeps optime, quale habes Theatrum .
Quanto fœnore nunc forum frequentas
Diſiectum, ſtatuasq́ diſſipatas
Qua penſas ope,dum vigens, rigenti
Pro ſaxo, ac uegetum decus, reponis .
Vix priſcos equidem rear, ſuperbis
Quorum ſtemmata ſunt dicata ſignis ,
(Dictis inuidia abſit)aut Myrone ,
Aut Charete ,Scopa'ue,digniores ,
Quàm ſunt hi, quibus eſſe non poteſt par

S temma vllum, neq; laudis id quod usq; eſt.
A miſſum Leo ſi repoſcis orbem,
C œtu hoc vtere, iam tibi Niphaten,
I am Tigrin dabit, et iugo ab Promethei
R eges nexilibus trahet cathenis.
T e ſeptem venerabitur ſluentis
D emiſſo capite inter arua, Nilus.
H æc ſi turba, meticuloſo auorum
S æclo, munia uel grauis Senatus,
V el ſæui agmina Martis explicaret,
H aud ceruicibus, impotente regno,
I nſultaret Arabs, Scythes'ue noſtris,
N ec Byzantia culta quæreremus.
S eruiret Tanais, furensq; Ganges,
I gnotum Arſacidæ iugum ſubirent,
A tq; in ius dominæ vrbis, et Quiritum,
M igraret Naſamon, vaferq; Maurus.
Ne dum ut barbarico patrata faſtu
T ot ludibria, ſeculum hoc videret.
A T AT, Belle, Tenelle, Mollicelle,
Puſille Hendecaſyllabe, vnde uis hæc?
V nde auſus? canere arma concupiſcis,

Atq; hortos tragico quatis boatu?
Ne ſæui, patrium tuere limen:
Demens, neu vetitos capeſſe calles.
Non tantum tribuit parens Phalæcus.
Legauit tenueis tibi ille agellos,
Atq; inter biferi roſeta Pæſti;
Cultaſq;, Alcinoiq;, Adonidiſq;
Verſare diſtulas; rogauit.
Munita omnia, et alta præcaueres.
Quare horrentibus euocate ab armis,
Refer Te ad Calices Corycianos,
Spumanteis calices Corycianos,
In queis nil inamabile, horridum'ue eſt,
Sed ſales placidi, et meri lepores.
Ii quàm vulnera te magis iuuabunt.
Apta eſt haud humeris tuis Minerua,
Nec Bellona, Sariſſifer'ue Mauors,
Sed Pomonaq;, virq; verſipellis,
Cum Flora, et rigido deo Orneate
Hæc plus te mediocritas beabit,
Quam Cyri ſolium, aut Tiara Crœſi.

EIVSDEM.

In feſtis Annalibus

PAROENIVM

Elegia Hecatonſtichos, Callimachia Alternatim

Et communi pent.

ARGVMENTVM.

Corycium ea ratione dici, ꝙ alat bonos. Nam

Corycus, Vas Panarium eſt.

Vt qui crudelis præreptus fraude nouercę,
Fudit in actęis viſcera littoribus.
Et qui maternę pollutus crimine cædis,
Immanes adyti, Dira agitante, Scythas.
Quiq; alas ſummo labyrinthi uertice mouit,
Quiq; patrem furtis rettulit Autolycus
Haud indigna tulere, neq; áuia nomina fatis,
Sed vitę atq; necis vaticinata genus.
Si tu, conſpicuę decus immortale Mineruę,
Clarum ex munifico nomen habes Coryco.
Te duce, feſtino coit huc Academia plauſu,
Excit vbi ad lætas dapſilis Anna dapes.
Tu facis, ut redeant æui ornamenta prioris,
Pyreneſq; ſacri labra rigent latices.

Nec minus, ut Bromij ſuauiſſimus ille, priorq;
Nectare, per vatum commeet ora liquor.
Sunt quibus Aonidum placeant Permeſſides vndę,
Spumoſi nobis flumina Baſſarei.
& Naxi mihi fons auguſtior Hippocrene eſt,
Vnde vaporantis funditur aura meri.
Sed nec Caſtalia eſt potior Lynceſtide Lympha,
Aut Andri vino, pocula Theſpiadum.
Nam quę, per Diuos precor, eſt amentia, Bacchi
Præmia, non ſtupidis antetuliſſe vadis?
Vnda ijs, mi ſpumet plenis vindemia labris,
Dira ſitis, ſoli eſt debita Clitorio.
Temeto illectos Senonas, reor, omine fauſto
Heſperię lętis applicuiſſe iugis.
Quodq; eódem tulit, ab gelidi genus axe Trionis,
Ora, velut ſicco tabida Solſtitio.
Digna quidem merces, Pro qua Mezentius acer,
In Latium, & profugos verterit arma Phrygas.
Quáq;, Catus, tenebris, Neptunigenam Polyphemon
Lumine confoſſum, merſerit Aeolides.
Spectes ſi ex adytis ligyrei oracula vatis,
Inuenies, hauſto ſancta fuiſſe mero.

Nec Clario dignum, aut Cirrhæa nobile Lauro,
Quicquam erit, absq; ſacri munere Nyctely.
Illius ingenium condit fauor, illius actu
Arduus excitur Spiritus arce Iouis.
Teſtis erit, quicunq; adyt penetralia vatum,
Ennius exemplo, ac Tëius Anacreòn.
Nimirum Phœbo ac Bromio, parnaſſia rupes
Par patet, et gemino eſt nomine, Numen idem.
Ergo tibi, qui hos cogis, et annua ſacra reducis,
Tamq; hilari acceſsis agmina ſympoſio,
Quid meritum factis æquumq; precemur? Ego iſtud
Expediam, plaudet cætera turba manu.
Dij, non Nelidę (quid enim vulgata laceſſam
Vota?) neq; attritę ſęcula Demophiles.
Sed quot, poſtꝙ vndis perituro Nannacus orbi
Extimuit, lapſos fata tulere dies.
Et quot, vbi affuſo merſus contabuit imbri,
Liquit, ad hoc æui, Tempora Deucalion.
Tot tibi dent, Floremq; nouent vergentibus annis,
Quàm viridis Nyſę eſt flos, Pataræq; Deis.
Sed quoniam nihil eſt mortalibus immortale,
Et ſortita ortum quælibet, intereunt,

Cum poſtrema habiles artus diſſoluerit hora,
  Ne putrem in cariem, ne tibi corpus eat.
Sed ſias ſuperum dono Trinacria tellus,
  Atq; hirto diues vellere Sardinia.
Ex hac, vt ueſtes, et Edulia grata, Pöetis,
  Illinc, ut Cereris horrea plena feras.
Vilia ſed quia ſunt, niſi condiat iſta Thyonèus,
  Corſica contiguo ab æquore ſis Ligurum.
Crebra illic grauibus tumeant vineta racemis,
  Lætáq; ad innumeros præla parata lacus.
Non germen, non herba agros, cultum've nouale
  Occupet, E' ſtratis ſint ſata pampineis.
In vites Nomius Taxos commutet amaras,
  Vite ſerat, felix Euius, omne ſolum.
& ſine fine fluat Lenæi gurgitis vnda,
  Circumpoſta illi qualia ſunt maria.
Sic priſca anguipedum cedet tibi gloria fratrum,
  Centimanus Briarèus, centimanusq; Gyges.
Cyrno læua grauis, caua, Sandaliotide, dextra,
  A' celſo incumbet vertice Sicania.
Grandior effigies, grandi ab Dinocrate, Regi
  Quàm Pellæo, Hominis corpore menſus Athos.

Quod ſi tanta times ne te ambeat Amphitrite ,
Neu pulſere feris pectora vorticibus .
Ah potius pereant Neptunia regna , et in imo
Lora regat Tethys puluerulenta vado .
Nulla uehat pelagus commercia, ſiccus ad Indos
Emptor eat, pede, equo, non trabe niliaca .
Mars abigat fœtas telis ad littora claſſes ,
Piratę in ſicca deſtituantur aqua ,
Quam te intemperies inimicę verberet vndę ,
Aut etiam Cœlo perpluat Hydrochöus .
Sed fauſtum, ſed tranſcendens in ſidera nomen ,
Inclytus, á ſera poſteritate feras .
Canteturq; tuę ſpecimen virtutis , ut olim
Aegidę magni, et Amphitryoniadę .
Grynęaq; pro glande, et Libethride lympha ,
Succeſſit per te, Liber et alma Ceres .
Ieiuno quod Pierij pro pectore Myſtę ,
Clamoſi inſtaurant Orgia Thyrſigeri .
Nec iam, terribilis fato , uelut ante, neceſſe eſt ,
Obſcena vates vſq; perire fame .

Eiuſdem Fabij Vigilis, In con=
uiuium celebre Corycianum, ſub Hadr. Pont.

Qualis menſa calet ſtrue, Cum digreſſus olympo,
Fertur ad exuſtos Iuppiter Aethiopas.
Qualia credibile eſt, Euantum arſiſſe Culullis
Vina, Redit victo quando Oriente Deus.
Quamq; hilari reſonant plauſu, Peneia Tempe,
Cum ver Dauliadis Guttura ſoluit Auis.
Talia habent Coryci Conuiuia, veſcitur Illic
Quę ſuperum in Terris Ius habet, Alma cohors
Dij faxint, ſtabili fato (Qui ſęcla reuexit
Aurea) ſint ſacro crebra ſub Hadriano.

Siluius Laurelius.

Traiano hæc quondam, nunc Annę ſacra parenti,
Cæſaris hinc nomen, numen at inde Deę eſt,
Quam bene utrunq; putes vix hæc potuiſſe ſacrari
Vel meliore viro, uel meliore Dea.

Idem,

Cœlum ſuſpiciens, bearis Anna.
Terram deſpiciens, bearis alto
Traiani foro, et es beatus vſq;
Terras si Coryti uides, ſi et aſtra.

S ilvius Laurelius.

D e Corycio

D um mare, dum Terras circumuolat omnipotens
Vt noſcat benefacta, et malefacta hominum. (Rex
H oſpitio Patris eſt Coryti cum Matre, Auiaq;,
Exceptus, Tantum eſt eſſe bonum, atq; Pium.

D e conuentu

T raiani hæc fora ſunt, ſunt Horti Coryciani,
S unt lecti Proceres; omnia ſumma puta.
S ic cultus Redeat prior his, Hortis viror inſit
P erpetuus, ſint cari Hadriano Proceres.
S ic liceat nobis, longum his, Corytoq;, foroq;
Poſſe frui, ó precor hoc audiat Anna parens.

Hieronymi Vidæ Carmen,

GENIVS FALCONIS VILLAE

H VC Hoſpes veniens diuerſis partibus orbis
T am ſubitum miratur opus, congeſtaq; ſaxa,
R upibus excíſas attolli ad ſidera moles,
A rtificumq; manus doctas, variumq; laborem.
E t merito. quis enim cernens poſitusq; locorum,

S ilvarumq́ꝫ comas virides, largasq́ꝫ perennis
F ontis opes, cęlumq́ꝫ habili regione benignum,
N on credat his ſepe Deos, Regemq́ꝫ Deorum
S idereas mutare domos, cęli aurea templa?
F ortunata loci ſedes, tua gloria ſemper
V ivet, et æternum laudabunt ſecula nomen.
E gregij proceres, te te undique ſepe frequentem,
E t tua purpurei dignantur limina Reges.
F ortunata bonis multis, ſedesq́ꝫ beata.
N on tamen hoc unq̃ mihi eris felicior uno,
Q uod tua caſtalidum pater, hortatorq́ꝫ ſororum,
C orycius, nuper dignatus viſere tecta eſt,
Nam quis te, atqꝫ tuę egregios virtutis honores
F ortunate ſenex ſperet ſe æquare canendo?
V os circumfuſi mecum, vos carmina montes
I ungite, vos nymphę tiberinides addite mentem.
H ic ſiquidem veſtro puer olim illectus amore,
C um vix prima genas veſtiret flore iuventa,
E gelidi licet et Rheni nutritus ad undas,
I taliam petijt, neqꝫ enim Germania (quamvis
B ellipotens, et opum longe ditiſſima) tale
I ngenium capiebat, at hoc tibi maxima iam tum

R oma decus, Phœbuſq́ pater, Muſęq́ ſacrarant.
S cilicet, ut foret is, longo poſt tempore vatum
Pręſidium, cuius certatim ad ſidera laudes
A eternum canerent, toto et fulgeret in orbe
C orycij lux inſignis, uelut auricomus Sol
N igrantes inter nebulas, atq́ aera denſum.
N am quis Iuſtitię cultor magis, atq́ ſeuerus
I nterpres iuris liquidi, fautorq́ clientum ?
I llius haud fruſtra matres, inopesq́ puellę
A uxilium implorant, puerią parentibus orbi.
O mnibus hic reſponſa canit, ceu Pythia quondam
F atidico vates Bacchi ſtimulata furore.
L imineq́ illius nemo inconſultus abiuit.
I lle etiam diuum effigies pietate ſacrauit
I nſigni, victumq́ ſacris dedit vsq́ miniſtris,
V aſaq́, veſteſq́, æternos quoq́ lampadis ignes.
Q uid referam ut priſca obſeruet monumenta quiri-
Signaq́? et albenti ductos de marmore vultus, (tum,
& nobis veterum effigies det cernere auorum ?
N on ille aut faſtu, aut aura tumefactus inani
P ontificum (quamuis iam nunc ſub quinq́ libellis
S upplicibus præſit) ſummos affectat honores,

Purpurei ſuperans animo decora alta galeri,
Verum inter Muſas et dulces lętus amicos
Otia agit, ſiquando uacat, legesq; quieſcunt.
Traianiq; foro, et Tarpeię proximus arci,
Excipit et uates, et egregios heroas,
Quos menſis epuliſq; omnes dignatur opimis,
Auricomas inter citros, quas ordine ſeuit
Ipſe labore ſuo, putealiq; irrigat unda,
Pręcipue cum Sol referens Annalia uertit,
Et feruet rediens inſano Iulius ęſtu.
Oceani at potius fluctus, et ſidera cęli
Enumerare queam, quando intempeſta tacet nox,
Tangere q̃ laudum faſtigia ſumma tuarum.
Tu tamen, o quamuis menſis aſſuetus opimis
Pontificum, contemnere opes, et uiuere paruo
Aude hoſpes, rebuſq; ueni non aſper egenis.
Ipſe etiam ſiquidem domitor lernęq; Erymanthiq;
Hoſpitis Alcides dignatus rura Molorchi.

C. Siluanus Germanicus in annales Corycianos.

Anni curriculo perenniore.
Annꝰ iam redijt dies dicatus,
Quo phœbea cohors pij poëtę
Diuerſum vario calore carmen
Edunt, et populo exhibent legendum,
Qua diuꝰ Corytus locauit aram,
Atq; arꝰ ſtatuas politiores
Euentu impoſuit ſecundiore.
Sed iam rite deꝰ ſacris peractis
Traiani ſpacium fori petamus,
Poſtes, hic vbi, Corytus recludit,
Ornatos hedera ſequatiore,
Et myrto Idalios olente odores,
Intertexta humilis coma geniſtę,
Et lauru pariter virentiore,
Inuitatq; viros diſertiores
Vt ſumant patulis dapes ſub umbris.
Felix turba coit peritiorum,
Et docta ſerit allocutione
Sermones lepidos et elegantes,

Longa ſtant ſerie cibis onuſtę
Menſę, dumq; ſitim aridam Lyæo,
Sed victo prius Albulę liquore,
Compeſcunt, Cerere et famem coërcent,
Se non inferiora quiſq; narrant.
Illinc ſacra cohors chori perennis
Ad lyram numeros canit ſuaues,
Quos nec fulmina, nec dies futuri
Abſument carie uetuſtiore.
Hic ultra ingenio globos Olympi
Progreſſus, retegit ſacros libellos,
Et cauſas aperit, quid auctor orbis
Humana uoluit tegi figura.
Alter ſidereos refert recurſus,
Quo uertiginis obuiat rotatu,
Noctis Luna decus tenebricoſę,
Phœbeis radijs, ut igne ſemper
Fraterno niteat, quibus laboret
Defectu ſpacijs, quibus'ue ſignis
Portendat pluuiam aut ſerenitatem,
Aut uentos per inane ſæuientes.
Hinc penſatur humi tenor iacentis,

Quantis oppida terminis recedant,
Quantus circuitus ſoli ſaliq;.
Naturę abdita funditus reuellunt,
De rerum ordine diſſerunt uiciſſim
Docte Iuppiter et ſimul diſerte
Hoſpes interea hinc et inde felix
Menſas Corycius frequentat omnes,
Et larga pateris manu Lyæum
Propinat, lepidos ciens cachinnos.
Sol, qui præcipites agis quadrigas
In mundi medio, impetusq; cœli
Aduerſos ſuperas potente niſu,
Omnem et ſigniferum annuo meatu
Donec circuis, igneosq; luci
Motu prærapido adijcis calores,
Omnes inde fiunt dies et anni,
Et rerum pariter perennis ordo,
Dic ſiquando parem uirum coronam
Vidiſti, aut epulas celebriores.
Hic conſeſſus habet deos ſodales
Quod nunc credere forſitan recuſas.
Cum primum attigeris laris calentis.

Extremum ſpacium, tui Leonis
A c confinia virginis ſubibis,
P rimo a limine nulla te reuerſum
A ſtræa excipiet, comes futura
P er metas propriæ domus, quouſq;
L ibræ poſſideas bilancis oras,
C laram lampada temperans, daturus
Et quas noctibus et diebus horas,
N e longo inuideat ſopor labori.
S edem deſeruit poli nitentem,
C onuentuſq; hominum frequentat vltro,
E t domos habitat Corycianas.
C auſam poſthabiti poli requiris?
A bſtruſo vt chalybem attrahit vigore
M agnes, ſic ſtudium genuſq; vitæ
O mnes principis æmulantur alti.
D iuino Hadrianus fauore Sextus
T errarum imperij regens habenas,
F uluo ſecula tranſfigurat auro.
M ira mole deis ſtruuntur ædes,
Q uas centum et totidem ferent columnæ.
N ec ſat eſſe putat nouare templa

S umptu regifico et labore grandi,
S incerum reuocat deorum honorem.
L egum nulla poteſt ſeueritatem
A rca vincere, nec fauor genuſue
I ura flectere, ſed pari ſtatera
P endet iuſtitię fides vtrinque.
T empus poſtulat in ſuas rotunda
L audes ora virum, o meę Camœnę
T urbę cedite flagito eloquenti
D e magnis ſatius nihil referre,
Q uàm vel pauca loqui, vel indiſerte.
V irtute Hadrianus vices Tonantis
V t ſola meruit ſubire ſummi,
S ic iuſtum iubet extoli piumque,
S ic nil non tribuit viris probatis.
V nus e numero mihi frequenti,
Q ui veſtigia principis ſequuntur,
I nuitus licet audiet citandus.
H uc o huc pater elegantiarum
C oryti propius gradus referto,
D iuis cum nequeas bonis ſacella,
D as tamen ſtatuas manu politas

L audati artificis, quibus refertur
I nfans omnipotens redemptor orbis,
C aſtę et uirgineus pudor parentis,
A tq; Annę effigies ſenis uerenda.
A ram, macte animo, inſuper locaſti,
E t dotem pariter ſacris dediſti.
S is felix Coryti, ac uelut cæteruam
E t doctam colis et uenuſtiorem;
V t diuis ſtatuas locas et aras,
S ic faxint ſuperi, ut queas ſacella,
E t centum ſtatuas locare, et aras,
A c menſis adhibere ſæpe uates.
S i te diua mouet Coryciana,
S i uatum pietas peritiorum,
D a noſtris precibus locum precamur,
C onſerua Hadrianum efferos parantem
T urcas eruere, et tuę nepoti
Sacros reddere geſtientem honores:
A c tu Phœbe decus perenne mundi,
L ucem hanc perpetua ſerenitate
A eternum reuehes, precatur omnis
C ohors rara uirum uenuſtiorum.

Conde peſtiferi mali ſagittas,
Et caram moneas ſimul ſororem,
Neruos vt validi remittat arcus,
Quo præſens valeat chorus quotannis,
Statis rite deę ſacris peractis,
Solennes Coryti dapes adire,
Et magnum Hadrianum referre cantu.

FABII VIGILIS POTATIO

Elegia alia Hecatonſtichos.

Quos Mihi Hyperboreis Memoras de montibus hoſtes,
Et quos ab ſcythica rupe minare feros,
Quique Rhodon, quique Illyricis noua dempſerit oris
Oppida, Damnato Barbarus Enſe, Tumor?
Nos Phoebi Pubes ſumus, Intonſique Thyonei,
Nos Thyrſi fragiles, Aeraq; Rauca iuuant.
Eſto procul Metus omnis, Et excidat iſte, Getarum,
Ad Tanaim, Et patrium Thermodoonta furor.
Quę Rurſum De Solifuga Canis Acta Trione,
Quos'ue Lycaonio Ab Axe Timere Iubes?

Quæq; fero Anguipedum Ritu, In Cœli aurea tem=
Impia neſcio quis Conciat Arma Luther. (pla,
Nos feſta appoſita Traducimus Orgia Menſa,
Indicáque Ignigenæ Pergimus Orſa Dei.
Iam Pallor'que, Pauor'que, et quæ vorat oſſa Faceſſat
Cura, Cadet Domito Bellicus Hoſte timor.
Iſta Pater Statuat Clemens, Cui Cymba tuenda eſt
Sacra, Procelloſis eruta Cymba vadis.
Illi Oriens procumbet, Et Arctos, et Extima, Nilus
Qua rigat, & Libyci qua Ruit Vnda sali.
Fer Puer Albani tria Cymbia, Terna ter adde.
Hæc Charis, Hæc Muſa eſt Adde Iouem. Adde La=
Nos Diuos Diuaſq; bibemus, quique Typhöei (res.
Ad fremitum, Pharijs Delituere Feris,
Quique Amnes, Quique Arua colunt, Quot Pulcher adoras
Mænale, Quot Lucis Clare Erymanthe tuis.
Heroas, Dryadaſque, Et Capripedes Satyriſcos.
Nullum immune hauſtus ſub Ioue Numen erit.
Nec tenet, Vt ſubitis populentur Thracibus Hunni,
Incumbat ve Henetis qua face Turca, Metus.
Dexter Ades Lenaee, Et inferat Aſper Anbelis
Omnia Sauromatis Agmina Amaxobius.

Tecum Noſtrę Agitent Acies. Victoria Tecum,
C erta eſt. Tu Domiti Sceptra Orientis habes.
N ec Minor Arctois dominare in gentibus, Omnis
T e Regio, Genus omne, Axis vterq; tremit.
P recipitem cœlo Phaeton, Tua merſit in Orcum
D extera, Tartarei leniit Ora Canis.
A ſper Echionides Te, Biſtoniuſq; Lycurgus
S enſit, Et Æquoreis Nauita Pandus Aquis.
M arte ferox, Thiaſis ceſſit Gangentica Tellus,
I mpulit Obſeptos Aere, Corymbus Equos.
N ulla auidas tulit vrbs Tigres, nulla oppida lynces,
I nuaſit trepidi Pardalis ora Gregis.
T ibia plus, Crotalumq;, Et iuncto Cymbala cornu,
Q uàm lituiq;, Tubæq;, Horridaq; Arma valent.
P lus Ederae, Plus ſerta, Et odoris Pampinus vuis,
Q uàm Clypei, Galeæq;, Haſtæq;, ſortis habent.
O mnia ſunt (qua ferre) Tuis Inuicte Trophæis
F œta, Pererrato cum prior Orbe redis.
T u Pacis Belliq; potens, Auctorque Triumphi es,
Nobile te haud ſine Mens, Nec Manus audet opus
C erte Ithacus, quo non factis Audacior alter,
S iue animi ſpectes munia, ſiue Manus,

Aetnæum Cyclopa Tuis Compeſcuit armis,
Quem nullo impulerant Tela triſulca metu.
Auſque Cœleſtes excire in Prælia Diuos,
Corruerunt Forti Pectora Ciſsybio.
Certe Alter, Patuere ſimul cui Pontus et Aether,
Atque Imi, Tenebris Regia Merſa Iouis,
Monſtrorum Domitor Tirynthius, Hauſit Iacchi
Potu vno, quantum Naxius Annus habet.
Herois ſic cuncta Animis ſuperata, Nec Vllus
Robora Vir, Nullę ſuſtinuere Ferę.
Quin te Idem Tarteſſe Adiens, qua Deciduus Sol
Serus Anhelantes ſub vada Pellit Equos,
Geryonis Spoliaret vt Arua tricorporis, Et Mox
Carperet, Heſperidum Ditia poma Iugis,
Poculo yt ſcopulos per, et Aequora, non Rate. Ve
Heſperon, In Calice eſt ex Oriente Deus (ctusq;
Tale horum decus armorum eſt, queis maximus Euan
Sub Iuga grata, Hominum compulit omne genus.
Ferre igitur Spolia huc famuli ceſſatis opima?
Nec ſinitis Prædae nos quoque parte frui?
Quos acri comites Bromio, atque ea ſigna ſecutos,
Inter et Euanteis Thyadas egit Amor.

Nec dirimet niſi Mors á Numine, cuius ope, ingens
Tantum diuini nectaris Orbis habet.
Deuoti Capite, Addictique, Aduerſa Negantes
Sicca, Bonę, et Cereris, feſta colenda Deę.
Obſequium, Meritóſque illi inſtauramus honores,
Et ꝙ ſæpe litet, ſedula cura ſacri eſt.
Quis vero huic animam dubitet dare, qui vada lethes
Admonitu doceat non trepidanda ſuo?
Nam cum poſſeſſos ſe vis penetrauit in Artus,
Et penitus fixo Numine corda tument,
Telchinum Specie, et Corybantum, membra labant,
Defectis toto corpore, Dulce Mori eſt. (Et
Eia Agite; Ingenteis Pyſteras ſiſtite Nyſei
Mille, Piget Phialis comminuiſſe merum:
Nec ſit, queis Glycere Cyathis, queis Læda bibatur
Cura, Abſtemius eſt, cui numerare vacat.
Hic breuior Scyphus eſt, hic manca cantharus aure.
Friuola ſunt. Ferte Heus, Dolia, Ferte cados.
Ardenti donec tumeant Omenta Felerno;
Plúſque, Alui renuat carpere Tenta Cutis.
Certet Mi Promachus, Palma frendabitur aurea.
Et qui cedat item, Congius, Alter erit.

Sumite, quod licet hic Socij, dum vita ſuperſtes.
Poſt obitum, Stygis eſt Ore trahenda Palus.

C. Siluanus Germanicus Iano Corycio. S.

ARSILLVS egregius vir, libellum ad me detulit, quem de poëtis vrbanis conſcripſit, eum tibi mitto, non ſolum vt legas; verum vt aſſocies quoq; libellis tuis, vnà orbem terrarum vt peragrent, poſtq̄ tandem extra ſinum, parto deliberaris frui honore. Non poteris profecto ſine magna ingratitudinis nota id negare officij, me poſcente, viris ijs, qui in te ſtatuasq; tuas officioſiſſimi fuere. ſed certum eſt inuidulos aliquot exclamaturos, quid tam ſedulo Siluanus laborat iſtæc edi? ſcilicet q̄ ipse quoq; eſt inſertus coronę tantorum virorum. At ego iſtius modi blaterones perinde habeo, ac Romani Brutios, dummodo ſciant laudem hanc, ſomnos mihi breuiores facturam. Tu vero mi Coryci pluſq̄ decuit inanes illorum, immo vero inermes ſtimulos metuens, hactenus rariſs. cohibuiſti gloriam. Caue igitur animo decedas, conf. ge cornicum oculos, vtere laude tua viuens, ſi ſapies, quę

cæteris poſt fata longe venire ſoleat. naucifacito quicquid eſt omnino inuidentium, quando citius inuidere quis poterit, quàm imitari. VALE.

Ianus Corycius Lucumburgen. C. Siluano. S.

MVLTAM *Siluane tibi debeo gratiam, q mihi noſtri Arſilli de vrbanis pöetis legendum libellum indulſeris, Longe iucundiorem profectò, et venuſtiorem, ijs libellis; qui mihi, quotidie inter manus verſantur, & lites præferunt, atq; contentiones, Ac licet aſſueto, Nauſeam et bilem commouent. Ingentem itaq; ex eo voluptatem cepi, nec mittere mihi carius potuiſſes quippiam. Arſillo vero etiam atq; etiam debeo, qui tantos illos viros, quorum opera pené ſpiro et vigeo, quorum ope nomen obtineo, atq; vmbris ſubtrahor, vno libello nobili complexus eſt, veriſſimas vniuſcuiusq; laudes attingens, et quodammodo collocatos in Muſarum concilio, poſteritati plané intuendos exhibet. Cum tamen efflagitationibus, ne dicam conuicijs, virorum probatiſſimorum vrgear, carmina in noſtri*

edita ſtatuas publicare, typiſq; cudenda tradere (non tam q obtrectatores inuidoſq; extimeſcam, quibus parum certè negotij nobiſcum eſt, q̃ q mihi, iudicioq; meo non ſatis fido, & conſulendas mihi aures arbitror diſertiorum) Minime obſequendum credidi, et vt ab editione abhorreo, ita quoad fieri poſſit abſtinere decreui, Non maligno ædepol animo, neq; vt immortaleis laude homines fraudem, aut præconio illo excludam, atq; interuertam, quod tot feſſi vigilijs commeruerunt (Nempe ea iactura mihi cum ijs eſt communis) Sed ne videar forte ita gloriæ appetens eſſe, vt quid deceat, quid dedeceat, non prius diſpiciam. Hac ratione libellus ſummæ apud me æſtimationis et gratiæ, Cæteris quidem iungetur, verum in Scrinij latebra aliq̃diu dormiet, & hoc elegantiæ præmium apud me feret. Scio ſummi Oratoris eſſe ſententiam, Nullius Agricolæ ſtirpem tam diuturnam, q̃ boni poëtæ verſum, conſeri poſſe. Verum ego non tanti duco Gloriæ illecebras, vt decóri rationem et temporis poſthabendam exiſtimem, Cui Sapientem ſeruire in primis decet. VALE.

FRANCISCI ARSILLI SENOGALLIEN.

de Pöetis Urbanis, Ad Paulum Iouium LIBELLUS.

Tempora Apollineę pręſentia frondis honorem,
Illius an laudem ſęcula priſca ferant;
Paule diu mecum, demorſis vnguibus, ęqua
Sub trutina examen, iudiciumq; traho.
Felices Muſę, felix quas protulit ętas,
Cum foret Auguſto Principe Roma potens;
Męcenas vatum ingenti mercede ſolebat
Elicere ingenia, Pieriamq; manum.
Teſtis erit nobis numeroſus Horatius, et qui
Iam cecinit Phrygio prælia geſta duci.
& Naſo, atq; alij, vaſtum quos fama per orbem
Nunc celebrat, multo numine plena cohors.
Adde q. ijs aures ſolitus pręſtare benignas
Cęſar erat, ſurdis tempora noſtra canunt.
Ad laudem rude pectus erat, cui calcar inerti
Non poſſent tanti principis ora dare.
Talia dum tacitus dubia ſub mente reuoluo,

Temporibus priſcis cedere noſtra reor.
Sed quoties æuum hoc, perauaraq; temporis huius
Sæcula, quę Muſis occuluere fores,
O bruta et vt iaceat cano Parnaſſia Laurus,
Noſtra ego nil illis eſſe minora puto,
Nunc miſeri tantum vates virtutis amore,
Non precio inducti, plectra ſonora mouent.
Quos ſi paſtor agens, ad pinguia culta Mineruę
Duceret, et rapidos pelleret inde lupos,
Paſcua mordaci rictu qui cuncta vagantes,
Phœbei laniant vellera culta gregis,
Qualia nectarei caperes modulamina cantus,
Forſan et antiquis inuidioſa viris.
Plurima nunc q̄uis vatum conatibus obſtent,
Attamen ys œſtrum mentis ineſſe vides.
Quo furor ille animis cœlo delapsus inhæret,
& proprię immemores condicionis agit.
Hinc tua neſcio quid pectus perſtringit, et vrget,
Vt ſuperet Iouię gloria gentis auos.
Hinc fera das chartis preſſus pede bella ſoluto,
Dum reſeras noſtri temporis hiſtoriam.
Ac mea neſcio quid molli dicat otia Phœbo,

Meq; etiam inuitum munera ad iſta rapit.
Hinc fouet alma ſinu ſacros tot Roma poëtas,
Fama quibus cineres contigit ante ſuos.
Ætas nulla tuum minuet Sadolete decorem,
Gloria nec longo tempore victa cadet.
Laocoontei narras dum marmoris artes,
Concidat vt natis vinctus ab angue pater.
Curtius vtq; etiam patrię ſuccenſus amore,
Et ſpecie et forti conſpiciendus equo,
Feruida dum virtus foret in iuuenilibus annis,
Præcipitem ſeſe triſtia in antra dedit.
Bembus, et hoc mirum eſt, Venetis nutritus in vndis,
Ethruſco hunc tantum quis putet ore loqui?
Nec minus eſt elegis latio ſermone diſertus.
Hoc Pana oſtendit dum Galatea fugit.
Hic canit heroas, atq; illos verſibus æquat,
Et ſuperat cantu tempora priſca nouo.
In breue ſiue opus eſt ſpacium deflectere carmen,
Curriculo effrenis colla retorquet equi.
Ii ſimul idalios Damaſeni è gramine ruris
Vnanimi flores ſæpe tulere ſinu. (dam,
Horum opera, ad fontis dum Muſę Aganippidos vn=

Phœbei euitant torrida plauſtra iugi.
Vt ſocijs vacuas obleƈtet carmine mentes,
Ad Citharę pulſum Calliopea refert.
Vniſonáq; illi reponſant voce ſorores,
Et plaudunt numeris turba canora deę.
Eſt ſacer à doƈto celebratus carmine Vida,
Vida Cremonenſis candida Muſa ſoli.
Panthoiden Samij corpus ſi credere fas eſt
Intraſſe, et clypei pondera noſſe ſui.
Altiloqui Genium vatem hunc adamaſſe Maronis
Quis neget? ut Iuli grandia geſta canat.
Grandia geſta canat, canat ut confeƈtus ab annis,
Auſonij molem ſuſtinet imperij.
Sperulus eſt elegis cultus dum cantat amores.
Arduus, heroum dum fera bella canit.
Nec minor in lyricis, cum barbitos æmula vati
Æolio, molles concinit iƈta modos.
Nota erit heſperijs, atq; Indis nota puella,
Felsineus multa quam colit arte Pius.
Idem priſcorum reſerans enigmata vatum,
Conſpicuo reddit lucidiora die.
Eſt Caſa molliculi vates Noua carminis auctor,

Cuius amat placidos blanda camæna ſales .
Huic decor et cultus aſtant, venereſq;, ſociq; .
Hunc fouet in tenero Gratia trina ſinu .
Galle tuę paſſim reſonant per compita laudes ,
Scęna graues numeros te recitante probat .
Viuet in æternum facundi Muſa Camilli ,
Quem peperit genitrix Porcia, ſtirpis honor .
Certat Romano tua pagina culta Tibullo ,
Laurea nunc culti carminis ambigua eſt .
Non'ne reus Muſis fierem, ſi noſtra Catani
Et magni Auguſti laudibus ora vacent ?
Nanq; ſimul penitus ſcrutantur numina Cirrhę ,
Argiuaſq; docent verba latina deas .
Eſt vafer, et facilis peracuto dente renidens
Lælius, auſtero toxica corda gerens .
Huic q̃uis libeat verbis petulantibus vti ,
Eſt tamen ingenio mitis, et arte potens .
Quiq; ſupercilij rigidi Lunenſis, ab annis
Aſſuetus teneris ſcindere cuncta Tomos .
Inde ſibi metuens, vigili ſic cuncta lucerna
Luſtrat, vt á nullis vnguibus ictus eat .
Pindarus auritas ſiluas teſtudine mulcet ,

Dulciſonaq; trahit concaua ſaxa fide.
At modo quis Thamyre citharam non noſcit, amatq;?
Aurea cui nitido pectore vena fluit.
Fluctibus immerget ſeſe ante Lycaonis Arctos
Æquoreis, Phœbi currus ad ima ruet,
Quàm tua Fauſte cadat nitidi candoris auena,
Cui leuat Iſmeni fluminis vnda ſitim.
Caſtionum annumerem, quos inter? Martis acerbi,
Num Phœbi, an Veneris te rear eſſe decus?
Miles in arma ferox, et amata in virgine mitis,
Hinc molles elegos, hinc fera bella cane.
Et tu nomen habes ab nectare mollis Hymetti
Melline, Aonidum Culmen, et vrbis Amor.
Pene mihi exciderant animo, tua carmina Bloſſi,
Cui noua Acidalie vincula nectit amor.
Vtq; cupidineos confundens puluere currus,
Semper anhelantes verbere tundis equos.
At modo ne tantum priſcorum inſultet honori
Inter doctiloquos Lesbia ſola viros,
Inclyta Piſco, et præſtanti ſanguine creta,
Feminei ſplendor Dëianira chori.
Prompta venit noſtris non dedignata choreis,

Virgineos facilis plaudere fronte pedes.
Imparibus cedit præſens cui verſibus ætas,
Quamq; nouam Sappho Tibridis ora colit.
Dum grandeq; nubes fugient Aquilonis ab ortu,
Dum madidas referet turbidus Auſter aquas,
Sidera percutiet fulgor, tituluſq; Seueri,
Pandulphi pandens inclyta geſta ducis.
Suggerit aſſidue nomen tibi grande Caſali
Melpomene, æternę poſteritatis opus.
Dulcis Apollineo demulcens pectine chordas
Aonius Phileros, agmina tanta premit.
Tu quoq; ſeu Flacci, ſeu per nemora alta Properti
Incedis, tibi habes Valeriane locum.
Frondibus Aonijs te Pimpinelle decorum
Vidimus, et meritis Laurea ſerta comis.
Dum recinent volucres, tundent dum littora fluctus,
Implumes fœtus dum feret vnda maris,
Huic aderis ſemper molli Beroalde Tropheo,
Blanda venuſinę cui fauet aura lyrę.
Eſt Marius verſu, pergrato et ſcommate notus,
Cui virides colles, ruraq; amœna placent.
Sæpius inde nouem vocat ad vineta Sorores,

Munifica impendens citria poma manu.
Promittitq; roſas, violas, vaccinia, et alba
Lilia, cum primo vere tepeſcet humus.
Iis ſcelus eſt, magnum non aſſeruiſſe Capellam,
Roris Apollinei cui rigat ora liquor.
Non te Amiterne ſinam, dubias ſub nocte ſilenti
Per tenebras, nullo lumine ferre gradum.
Nam tu Pegaſidum Iuuenes deducis ad vndas,
Quos fouet ingenti Martia Roma ſinu.
Lippus adeſt caro, natali ſidere, mancus
Lumine, ſed docto carmen ab ore mouens.
Delius huic lucis dedit hæc ſolatia ademptę,
Ne miſera ex omni ſors ſua parte foret.
Nam ſubito reuocat blanda in certamina diuas,
Dum mouet Auſoniam dulcius arte chelym.
Cirrhęas latebras, et Amæna Maroſticus antra
Viſit, et huic Eratò præuia ſigna tulit.
Inde miſer dominę tactus dulcedine amandi,
Demulſit placidis ferrea corda modis.
Illum tu blandis æquas Vallate Camœnis,
Ingenio, inuentu, carmine, iudicio.
Quem penès arguto ſcribendi epigrammata ſenſu

Laus fuit, et gratos tingere felle ſales.
His te cui Charites adſunt, Agathine choreis,
Inſere, et aurata carmina funde lyra.
Phileticum haud Lucam ſileo, qui nomen ab ipſa
Luce tenens, tenebras diſpulit ingenij.
Eſt et Flaminius nimium ſibi durus, et atrox,
Cuius auena poteſt ſcribere quicquid auet.
Vnica ſpes Genij, et languentum maxima cura
Scipio, qui Choa eſt clarus ab arte ſenex.
Hunc q̃uis aruina premat, vigil intus oberrat
Spiritus, et ſacro pectore multa fouet.
Noſcit ſic montes, ſiluas, mária, oppida, et amnes
Polius, ac ſolidis viderit illa oculis.
Te ſi Coloti ó Muſarum candide alumne
Præteream, vates inuidioſus ero.
Felix exactę eſt ſic Carteromachus artis,
Vt nihil adſcribi, dimminui ue queat.
Euterpen trahit hic ſociaſq; è Phocidos ora,
Romuleiq; iubet littus amare ſoli.
Soſpite Parrhaſio, Romana Academia, opacis
Occultum in tenebris nil ſinit eſſe diu.
Hunc circùm, vrbanus latrando liuor oberrat,

& feſſa externam voce repoſcit opem.
Ille velut Danae turri munitus in alta,
Ridenti imbelles deſpicit ore minas.
Vocibus vt placidis, placido et modulamine, Siren
Fallaci nautas merſit et arte rates.
Sic modo Parthenope erudijt quem docta, Vopiſci
Decipitur blandis cauta puella modis.
Idem Cardonij Magni dum fortia in armis
Geſta canit, grandi fertur in aſtra ſono.
Cecropięq; imos linguę, latięq; receſſus
Scrutatus, nymphis munera rara tulit.
Vt volucrum regina, ſuper volat ęthera, et alti
Immotum lumen ſolis in orbe tenet,
Sic illa genitus clara Mariangelus vrbe,
Alite quę à Iouia nobile nomen habet,
Felici ingenio ſolers ſpeculatur in antro
Corycio, vnde refert carminis omne genus.
Quantum Ramatio tellus Fulginia, tantum
Arcade grandiſono Narnia terra nitet.
Imperium priſci donec tenuere Quirites,
Dum ſtetit Auguſto maxima Roma Duce,
Vix latię linguę Scythicas penetrauit ad oras

Nomen, et illius fama ſiniſtra fuit.
At modo quę latos glacialis Viſtula campos
Abluit, et gelidum per mare findit iter,
Suchthenium ingenio præſtanti miſit ad vrbem,
Qui modo lege ſui carminis vrget auos.
Explicat ardores, et Amicę ventilat ignes,
Præbeat vt victas dura puella manus.
Alta ſuperuolitans Vrſinus tecta Quirini,
Fertur Parrhaſij Gaſpar ab axe poli,
Barbariem incultam patrijs de finibus arcet,
Ducit et Auſonias in noua templa Deas.
Æmulus huic, concors patria, iuuenilibus annis
Siluanus numeris certat, et arte pari.
Auſpice Germanas hoc, iam fluxere per oras
Attica Romano conflua mella fauo.
Hunc puer Idalia doctum cum matre Cupido
Mirantur vatem, dum ſua furta canit.
Præcipiti quoties œſtro noua carmina dictat,
Pierio toties dignus honore frui.
Pannonia à forti celebris iam milite tantum
Extitit, at binis vatibus aucta modo eſt.
Nam latium Piſo ſitibundo ita gutture rorem

MM

Hauſit, vt Auſonijs carmine certet auis.
Nec minor eſt Iano, patrium qui primus ad Iſtrum
Duxit laurigeras ex Helicone deas.
Fuluius á ſeptem deſcribit montibus vrbem,
Reddit et antiquis nomina priſca locis.
Fulminea eſt adeo lingua Syllanus, vt illi
Aonium facili flumine murmur eat.
Flaua Tibaldeum placidis ſic Flauia ocellis
Incitat, occultis præcipitátq; dolis,
Aptior vt nullus maleſani pectoris ignes
Explicet, et lepida comptior arte ſales.
Vrbs Pataui foret orba ſuo ne ſemper alumno,
Cuius opus tantum blanda Columba fuit,
Illius Elyſijs fato reuocatus ab vmbris
Spiritus, in lucem nunc rediuiuus agit.
Pectora nam tribuit facilis Bonfilius illi,
Nec minor ingenio nec minor arte fluit.
Nec mea Calliope Paleotum feſſa ſilebit,
Cui fons irrorat pectora Caſtalius.
Læta fluentiſono remeabat ab æquore Cypris
Incipit, et tanto carmine conflat opus.
Quis Phædrum ignorat, Vigiliſq; poemata Magni?

Maxima Romani lumina Gymnaſij.
Sacceus inuicti celebrat nunc geſta Triulti,
Inuictasq; Aquilas, magnanimumq; ſenem.
Fortunate ſenex, quis te furor impius egit?
Cur geris in patrios arma nefanda lares?
Phœbus ad extremos, peregrinaq; regna ſorores
Ducturus, Cirrhę quę iuga ſumma colunt.
Incola barbaries fieret ne collis amati
Fœda timens, cœptum diſtulit auctor iter.
Atq; agilem viridis Cetram de ſtipite lauri
Fabricat, hoc circùm cui breue carmen erat.
Miles erit Phœbi, et muſarum miles, honeſtum
Quisquis Barbarico culmen ab hoſte teget.
Turba pauet, tantæq; timens diſcrimina molis,
Penſitat, atq; humeris non leue credit onus.
Tunc ſubito Iuuenis cunctos promptiſſimus inter
Exilit, intrepida ſumit et arma manu.
Tollitur applauſu ſociorum clamor, et illi
Ab Cetra impoſitum nomen ineſſe volunt.
Dexter in omne genus ſcripti Cetrarius inde eſt,
Nec facile agnoſces aptior vnde fluat.
Infantem quę cura regat, Quis cultus habendo

Sit puero, et Iuueni qualia, quidue ſeni.
Optimus vt queat hic ciuis ſine fraude vocari,
Iureq́; cui res ſit publica danda viro.
Tempora qui placidę pacis ſine fraude gubernet,
Nec timeat mortem cum fera bella premunt.
Fulginàs venturus adeſt, praeceptáq; in vnum
Colligit, et culto carmine promit opus.
Ianus, et expertus Macer eſt depellere morbos,
Pieridum tenero cultor ab vngue Chori.
Fuluia quem fallax medicis ſubtraxit ab aris,
Iuſſit et Idaly vulnera amare Dei.
Hauſiſti Cruciger ſacros Heliconis honores,
Hinc venit ad calamos prompta Thalia tuos
& cantat leges, ſanctiq; edicta ſenatus,
Ac duce te inſolitas audet adire vias.
Exprimit affectus animi ſic carmine veros
Poſthumus, vt lector cuncta videre putet.
Cum libet, ad lacrimas ridentis lumina amicę
Flectit, et ad riſum cum gemit, ora mouet.
Marce Aganippeos latices qui á fonte Caballus
Eruit, ille tibi nomina ſacra dedit.
Inde tuis Charites numeris haerere videntur,

Numen et Idalium, Pegaſidumq; chori.
At modo Bombaſi, quo non vaga fama refulget?
Cui reſerant Muſę Phocidos antra, nouem.
Littoris Adriaci nuper deleta per agros,
Perq; Rauennatis pinguia culta ſoli,
Gentis Aquitanę turmas, et gentis Iberę
Agmina, ad infernos agmina pulſa lacus,
Non ſine Phœbea cecinit Palonius arte,
Vnica Romuleę Speſq;, decuſq; Togę.
Hinc mihi ſeſe offert Parmenſi miſſus ab vrbe
Dardanus, Aonijs pectora lotus aquis.
Hic canit Auſonias quoties irrumpat in oras
Barbarus, et quanto fulmine bella fremant.
Idem ſollicitos elegis ſolatur amores,
Atq; gemit dominę triſtior ante fores.
Qua Padus ingentes veſuli de vertice Pinus
Voluit, et occultis exerit ora vadis,
Idem contractis epigrammata condere verbis
Gaudet, et argutos promere ab ore ſiles.
Cui dum Cęſareas percurrit carmine laudes,
Continuit rapidas Rhenus, et Iſter aquas.
Hunc merito Cęſar lauri dignatus honore eſt,

Huicq; palatini militis arma dedit.
Monſtra quid Heſperijs portendant vrbibus, acri
Ingenio, et quicquid exta reſecta notent,
Iane Panhormeę telluris Gloria, narras.
Cui vix in vultu prima iuuenta nitet.
Tuq; etiam ingenio ſcandis ſuper ardua primus
Sidera, olympiacas auſus adire domos.
Afflatuſq; animis æternis, concinis Hymnos,
Æthereí reſerans clauſtra verenda Iouis.
Vergilij hic manes ſemper ſub nocte ſilenti
Euocat, et Muſis cogit adeſſe ſuis.
Te Maro non auſim, priſco cui Muſa Maroni
Æmula, dat latio nomina nota foro,
Immemor obſcuras interliquiſſe tenebras
Et ſinere ignauo delituiſſe ſitu.
Excuis humanos extemplo á pectore ſenſus,
Fatidiciq; furens induis ora Dei.
Pulcher inaurata quoties teſtudine Iopas
Perſonat, et placido murmure fila mouet.
Haurireſq; Helicona prius, Dirceſq; fluenta,
Deſereret cœptum q̃ tuus ardor opus.
Liuiani audentis narrat fera bella Modeſtus,

Quot'que hominum dederit millia multa neci.
Inter ut arma, illi mens imperterrita manſit,
Huius opus Seres, Antipodesque legent.
Ille opifex rerum, cæli qui lapsus ab arce,
Filius æterni maximus ille Iouis,
Orbe pererrato, cum quid bene geſſerat olim,
Deſcribi inſolito carmine vellet opus,
Muſarum infantem ſubtraxit ab vbere ſacro,
Aonio aſſuetum fonte leuare ſitim.
Nomen et imponens peramatę à ſtipite frondis,
Dixit Quernus eris, tu mea facta canes.
Inde ſacro ſancto celebrat ſic omnia verſu,
Diuinum vt cuncti numen ineſſe putent.
At quibus è doctis domus eſt ignota Coryci?
Theſpiadum curę eſt cui bona ne pereant.
Vatibus hic ſacris Mœcenas ſplendidus, illi
Si foret Auguſtus, Tempora auara nocent.
At tua, quod potis es, ſunt Phœbi Tecta ſacellum,
Cuique nouem Muſis illa frequentat amor.
Ad vatum cœtus propera blandiſſime Curſi,
Ne iaceas clauſas triſtior ante fores.
Nam data Carceribus citius ſi ſigna Quadrigę

Contingent, fruſtra vocibus aſtra petes.
Suntq; alij celebres quos ingens gloria tollit,
Et quorum paſſim carmina Roma legit.
Horum ſiquis auet cognoſcere nomina, amuſſim,
Protinus Aureli templa ſuperba petat.
Illic marmorea pendent ſuſpenſa columna,
Atq; etiam hæc Coryci picta tabella docet.
Illos nouit Arabs, illos nouere Sabęi,
Et nigri Æthiopes, aruaq; aduſta gelu.
His ego ſi potero meritum ſubſcribere nomen,
Forſitan Arſilli fama perennis erit.
Et mea nunc totum felix Pyrmilla per orbem
Viuet, in exitium nata puella meum.
Aſt ego non tantum mihi nunc temerarius augur
Polliceor, nec me tam ferus ardor agit,
Coruus vt his auſim crocitare per arua Caſtri,
Cygneumq; rudi frangere voce melos.

Impreſſum Romę apud Ludouicum Vicentinum
Et Lautitium Peruſinum. Menſe Iulio
MDXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE